

Acta et Documenta Joannis de Pruetis Abbatis Praemonstratensis († 1596)

Textes publiés et commentés par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite *)

François van Vlierden à Arnould van Leeftael, Prélat d'Averbode
1583, dernier trimestre

Après la mort du Prélat Gilles Heyns (sept. 1584), l'abbaye d'Averbode avait connu une vacature de trois ans. A l'époque où les Etats-Généraux rebelles s'arrogèrent le droit de nommer les prélats dans les abbayes vacantes, Arnould van Leeftael fut nommé dans celle d'Averbode. Il était le candidat le plus en vue. Sa nomination fut néanmoins due en partie à l'influence de sa famille et des nombreuses familles nobles de Brabant auxquelles elle était apparentée.

Quelques mois après cette nomination, la guerre civile força le couvent d'Averbode, lequel venait d'être attaqué et pillé, de partir en exil. Le prélat se retira au château d'Oostham, dans le pays de Liège. La plupart des membres du couvent s'établirent au refuge de leur abbaye à Saint-Trond, pays de Liège. Depuis, les événements avaient suivi leur cours normal. De nombreux prélats avaient abandonné, l'un après l'autre, le parti des rebelles et avaient demandé à Farnèse leur acte de réconciliation. Se cantonnant dans sa neutralité, ne se ralliant publiquement à aucun parti, Leeftael prétendait de pouvoir servir le mieux les intérêts de son abbaye en entretenant des relations avec les deux partis en présence. Mais il

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXX (1954), 236-278; XXXI (1955), 136-158, 253-279.

fut bientôt soupçonné d'être un partisan secret de la révolte. D'autres le soupçonnaient même d'hérésie...

Quelques mois avant sa mort (avril 1584), Leefdael avait invité certaines personnalités influentes du parti catholique de vouloir prendre la défense de sa personne. A cet effet, il s'était adressé aussi au seigneur van Rode, demeurant au château de Grasen en Brabant. A l'abbaye de Parc, Antoine van Rode était un des jeunes religieux les plus en vue. Par l'entremise du seigneur van Rode, le prélat Vlierden fut donc invité à vouloir prendre toujours la défense du prélat van Leefdael.

Avant de s'y engager, Vlierden voulut en avoir la conscience nette. Trop jeune sans doute pour comprendre la situation d'un prélat déjà âgé et qui semble avoir été le prisonnier des circonstances, il lui écrivit la lettre, dont le texte suit. Lettre loyale et belle ; lettre un peu prétentieuse aussi.

Dans le registre de ses « Epistole », Vlierden a négligé de la dater avec exactitude.

Nous la datons du dernier trimestre de l'an 1583. Leefdael mourut en avril 1584. Après cette première lettre, Vlierden attendit assez longtemps avant de lui en écrire une autre. Après, il s'en ouvrit au Général Despruets. Il fut chargé par celui-ci de faire un examen discret sur l'ensemble de la question. Cet examen put être clôturé encore avant la mort de Leefdael. Sa première lettre doit donc avoir été expédiée assez longtemps avant la fin de l'an 1583.

Abbati Everbodiensi.

Salutem plurimam, Domine Prelate et in Christo Jhesu Confrater.

Hisce diebus literas accepi a Domino Grasen, amico singulari, qui etiam suas edes Thenenses Vestre Reverentie inhabitandas contulit. Qui sub finem earumdem literarum, ex bono et sincero erga Vestram Reverentiam affectu et, ut puto, postulatione, rogabat ut, si quem intelligerem male de Vestra Reverentia sentientem aut loquentem, semper eius honori consulerem ac famam tuerer, affirmans se certo scire Vestram Reverentiam in omnibus avitam catholicam ac Romanam colere religionem et integre atque inculcate esse vite. Quod si etiam non rogatus libenter et ex fraterna dilectione facturus eram et facere cupiam, tamen idipsum mihi video esse factu difficile, ne dicam impossibile. Nam apud complures publicus et satis constans rumor est Vestram Reverentiam hactenus heresim seminasse et modo seminare, in familiaribus conferentijs eam esse nimis liberam et noxiam, et vita quoque multos offendere. Que an vera sint an falsa ignoro ; sed hoc scio :

me cum summo animi dolore de Ordinis nostri candidatis, imo arietibus dominici gregis ista intelligere. Et quia, me melius, novit Reverentia Vestra an vera sint an falsa: si falsa sunt (quia nomen bonum semper propter alios necessarium est) apud eos⁶⁸⁾ sese purget velim quos huius infamie novit conscios, et in publicis contentionibus sue reddat rationem doctrine; quo facto, omne in posterum adhibeat studium abstinendi, non modo a malo, sed etiam ab omni specie mali. Maxime hoc tempore caute ambulandum est propter hominum malitiam et vipereas hominum linguas; que patienti animo sufferanda sunt, eo quod non sit servus maior Domino suo. Nosti Scripturam.

Si autem vera sunt que de Vestra Reverentia dolens audio, per Dei erga nos misericordiam eandem rogo et obsecro ut sedulo ab errorum laqueis respiscat, quibus eam devinctam tenet qui numquam dormit inimicus sed semper circuit querens quem devoret. Novit enim Reverentia Vestra illa Christi verba ad apostolorum principem Petrum: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Si Christi ecclesia tanta firmitate petre superedificata est ut nulla consilia humana, nulle machinationes infernales (que per portas intelliguntur) eam subvertere possint, sed illa maneat (ut Apostoli verbis utar) columna et firmamentum veritatis; ad Ecclesie dogmata sicuti⁶⁹⁾ ad lydium⁷⁰⁾ aliquem lapidem (nisi de ecclesia ipsa dubitetur) opiniones suas et errorum seminaria examinet; et, si quas ab ijs desiderari videbit, ut stultas et indoctas fabulas ac questionem rejiciat et contempnat. Non fidei et nostre religionis captu ingenioli humani cupiat percipere aut prius intelligere quam credere; sed intellectum in captivitatem redigat in obsequium Christi: quia, nisi credideritis, inquit Christus, non intelligetis. Fructus enim fidei intellectus est, et eo hominem elevat fides ut clare videat quod prius fide percepit.

Ut hoc ad Vestram Reverentiam scribam audacius, libera facit charitas, sperans Vestram Reverentiam nondum subversam, licet forte opinionum varietate nonnihil commotam. Quare, Reverende Domine Prelate, si ex animo honori tuo et fame parci⁷¹⁾ cupis, et quam habes multorum linguis lesam tibi integram restitui: hoc age ne doctrina vel vita Christi evangelio ponas offendiculum; sed potius, sicuti Christi bonus minister et cooperatore, stude per sanam doctrinam et vite sanctimoniam Dei ecclesiam edificare et lucrare animas Christo, quas ille Sanguine suo redemit.

Est et aliud quod etiam Reverende Paternitati Vestre tacendum non puto: nempe multos offendere et illud, quod religiosos suos

⁶⁸⁾ Ms.: eo.

⁶⁹⁾ Ms.: seculi.

⁷⁰⁾ Ms.: lodium.

⁷¹⁾ Ms.: parciam.

complures Vestra Reverentia per incertas sinat sedes vagari, et hoc in laico habitu, cum commoditatem habeat eos colligendi in unum et facile de Ordinis simplici habitu providere. Solet habere monasterium vestrum edes satis bonas in Sancto Trudone, ad quas omnes convenire possent et ibidem una cum Reverentia Vestra tuto agere quamdiu ad regias partes transmigrare forte non ita securum est propter hostium rabiem: qui, ut justo aliquo vel apparenti pretextu noceant, semper occasionem querunt. Ut vero longius cum suis recedat Vestra Reverentia non suadeo, imo ne faciat rogo si sibi et suis consultum cupit. Quam vero perniciosum sit religiosis professis habitum laicum permittere citra necessitatem, ipsa quotidiana nos experientia docet, dum multos audimus occasione secularis habitus etiam vitam agere secularem et ad seculi redire vanitates et negotia ⁷²). His adde quod canones omnes eos de facto excommunicant et excommunicatos habeant qui temere habitum sui Ordinis relinquunt. Quam autem temere hoc faciat qui in civitate aliqua Christo Deo servire posset, licet parce et tenuiter, penes alios sit iudicium. Faciat obsecro de his Vestra Reverentia quod christiana prudentia et propria professio facienda docebunt. Ego interim nominis et fame Vestre Reverentie libenter rationem habiturus sum, maxime si literas meas gratas fuisse intellexero et certam spem de fidei morumque integritate fecerit.

Vale, Reverende Domine Prelate, et coniungat nos amor Christi, quos hactenus nulla cognitio coniunxit.

Dignabitur Vestra Reverentia respondere.

Celeri calamo ex Lovanio, anno 1583.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 37 r^o - 38 r^o.

François van Vlierden à son parent, Baptiste Daniëls

1583, 20 novembre

Baptiste Daniëls, parent de Vlierden, séjournait actuellement à Rome. Vlierden s'adresse à lui afin d'obtenir sa confirmation abbatiale en Cour de Rome. Daniëls s'adressera à ces fins à Lauro du Blioul, l'agent diplomatique chargé des affaires néerlandaises à Rome. Vlierden lui nomme différents personnages, susceptibles de faire avancer les négociations. Il lui fera parvenir une traite de cent couronnes pour couvrir tous les frais.

Baptiste Danielis.

Salutem plurimam, Domine cognate.

Gaudeo te sanum et salvum Romam venisse. Verum doleo

⁷²) Ms.: negotias.

me priusquam recederes non fuisse tibi locutum. Nam circa recessum tuum in locum Reverendi Domini nostri defuncti ex fratrum concordie electione per Regis denominationem suffectus, electionis et denominationis confirmationem cogor per ignotos a Sua Sanctitate sollicitare, quam per te commodè potuissem si de agendi modo prius fuisses informatus. Verum, quia non minus de absentis cognati benevolentia presumendum est quam de presentis obsequio erat confidendum, rogo ut, acceptis hisce literis, negotium confirmationis nostre Domino Lauro Blioul, Regie Maiestatis agenti in Romana Curia, commendes quatenus ipse utpote actor negotij huius institutus, illud diligenter ac cito curare velit et hoc agere apud Suam Sanctitatem ut totius annatae (sic enim leguntur) remissionem obtineam. Et, quia forte illi non ita familiariter notus es, poteris tibi assumere socium fratrem Domini consiliarij Batzon, Minoritam⁷³⁾, qui cuidam cardinali cohabitat et est, ut intelligo, penitentiarius Sue Sanctitatis, cui a fratre causa nostra commendatur et ego cupio esse commendatissimam. Juvabit te preterea libenter Reverendus Pater Dominus Robertus Bellarminus, Societatis Jesu sacerdos et sacre Theologie professor, ad quem Pater Florentius meo nomine scripsit et quem etiam cupio meo nomine salutes officiosissime, nam ipsius aliquando fui discipulus dum Lovanij in Collegio Societatis doceret annis 70 et 71⁷⁴⁾. Non negabit tibi quoque operam suam Vincentius Zeelandus, in Collegio Societatis coadjutor, qui et me et omnes nostros familiariter novit. Et horum fratrum opera, si necesse est, ut utaris rogo. Quod ad sumptus minores attinet, eos solve illis 100 coronatis, quos a magistro Marco Antonio Waldin ex ordinatione Sr. Anthonio Maricane, qui Colonie habitat, accepisti et quos Ancelmus vanden Cruyce literis suis a^o 83 26 Augusti ad te missis cupivit in meos usus servatos. Ultra vero 100 coronatos vel valorem eorumdem non cupio ut aliquid agenti nostro numeres quando pro 100 coronatis mihi confirmatio addicta est. Sed hoc potius agas rogo per supradictos fautores et amicos apud agentem ut eam pro minori summa expeditam habeat, et in finem in amplissima forma expediatur sed dumtaxat per breve apostolicum annulo Piscatoris subsignatum; quod mihi sufficeret, nam usque adeo hic nobis omnia angusta sunt, ut bona que habemus vel vendere vel oppignorare cogamur eo quod ex omnibus bonis toto sexennio propter intestina bella nihil aut parum receperimus nec modo spes sit aliquid recipiendi.

⁷³⁾ Batzon, conseiller ordinaire du roi en Brabant, avait assisté, en qualité de commissaire du gouvernement, à plusieurs informations préalables à une élection abbatiale. L'information, précédant la nomination de Vlierden comme prélat de Parc, avait été présidée par Batzon, comme commissaire laïc du gouvernement.

⁷⁴⁾ A l'époque où Vlierden suivait les leçons de saint Bellarmin, il n'était pas encore religieux prémontré.

Nam, quamvis multas maritimas civitates Flandrie Sua Celsitudo hac estate expugnavit, tamen in Brabantia adhuc habet negotium difficile.

His paucis te Deo commendamus omnino, ut sic prorsus te dirigere dignetur, quo eius amorem semper ac timorem retineas et te nobis sanum ac saluum restituat. Vale. Amici omnes recte valent et te plurimum salutant.

Celeri calamo ex Lovanio a^o 83 novembris 20.

Quando literas cambij videbis mea manu scriptas et cum subscriptione ff. Vlierden A. P., tum libere et secure pecunias quas in manus accepisti numera. Item vale.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 34 r^o et v^o.

Le Général Despruets à Jean Luc, Prélat de Bonne-Espérance
1583, 13 décembre

Le Général Despruets, escomptant le prochain retour de la paix dans les Pays-Bas méridionaux, invite le prélat Luc à prendre bon soin des abbayes du Brabant et de la Flandre.

La lettre du Général vaut une nomination non-officielle de Luc en qualité de vicaire du Général pour les circaries de Brabant et de Flandre.

Monsieur et Confrère,

Ayant trouvé une petite commodité de Vous escrire mon grand désir et zele que j'ay de veoir encoire quelque iour nostre saint Ordre fort affligé par tout resusciter avecq l'ayde de Dieu qui l'a planté et secours de mes bons freres ayans mesme zele, du nombre desquelz je Vous ay estimé tousiours ; pour la bonne espérance que j'ay que le pays de Brabant et Flandres reviendront bien tost à l'obéissance de l'église catholique et Romaine et de vostre Roy catholique: Je me suis abvisé de vous faire la présente, comme j'espère en Dieu et l'en prie tous les iours, que ledict pays et subjectz reviennent à recognoissance, qu'ayes en recommandation les abbayes de nostre Ordre, tant à Saint Michel d'Anvers, Grimberghe, Dieleguem, Lysleendal, Ninove, Tussenbec, Truncs qu'aultres, pour y remectre le service de Dieu selon nostre saint Ordre. Et solliciter en toute humilité sa Maiesté ou les Altesses de Messeigneurs ses Lieutenantz de vouloir permectre qu'il y ayt abbez religieux selon l'ancienne constitution et privileges de nostre saint Ordre es monasteres de religieux, et abesses ou prieures es cloistres de religieuses. Car sy aultrement se faisoit, les monastères ruynent et biens alienent et le service divin omis avecq la discipline regulière ne soient jamais remis. Et me fie

tant de l'affection de ses Altesses vers le service de Dieu et de son Eglise qu'ilz ne permettront qu'aultrement soit faict. Car de faire des unions de noz monastères aux Eveschez c'est amoindrir l'adoration et service de Dieu et grand interestz du Roy et du peuple. Partant encoires de rechief Vous reprier tenir sy bien la main et l'œil, que Dieu puisse estre servy et obéy en nosdicts monastères sy l'occasion se présente, et de ce faire Vous donne toute puissance et autorité ; et trouveray ce que faict en aurez bon. Espérant pour mesme faict Vous envoyer, trouvant commodité, ample vicariat en forme probante. Cependant ces présentes serviront de procuration et de vicariat pour le faict susdict. Priant Dieu, Monsieur et cher Confrère, avecq santé Vous donner longue vie.

De vostre maison de Premonstré, ce 13 Decembre 1583.

Vostre Confrère et meilleur amy,

f. Jehan de Pruetis,

Abbé de Premonstré.

Copie contemporaine, faite par Luc et authentiquée par notaire.
Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 73 r^o.

Alexandre Farnèse à Jean Luc, Prélat de Bonne-Espérance

1584, 16 février

A la requête de Luc, Farnèse nomme celui-ci administrateur en chef des biens de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers.

Copie de copie.

Sur ce que Messire Jehan Lucq, Abbé de Bonnesperance, ha fait remontrer a Monseigneur le Prince de Parme et de Plaisance, lieutenant, gouverneur et Capitaine général es pays de pardecha: Comme Messire Jehan de Pruetis, general de l'Ordre de Premontréz, considerant l'estat miserable des maisons et Abayes de leur Ordre es pays de Brabant et Flandres, auquel elles estoient tombées par les tristes troubles ; animé du bon espoir de briefve reduction d'iceulx pays au giron de l'Eglise catholique et romaine, ensemble de l'obeissance de sa Maiesté, et désirant en ce cas avancer le redressement et restauration desdictes abayes du tout ou pour la plus part ruynées, auroit subdélégué, commis et estably ledict Remonstrant son vicaire general esdictz pays, pour soygner sur lesdictz abayes et a ce que convient a leur establissement, tant endroict le service divin et la continuation des devoirs de leur Ordre que tout aultre regime et conduite, selon qu'il auroit fait aperoir par copie de sa commission ; Et, comme l'Abbaye de Saint Michiel en la ville d'Anvers est depourveue de legitime Prelat, et les religieulx sans service divin, et que les biens et revenuz d'icelle sont saiziz par les hereticqs et aultrement admi-

nistrez par ceulx non ayant droict et illegimites, desireroit le remonstrant, pour satisfaire au deu de sa charge, s'employer et veiller pour restablir et remectre ladicte abbaye de Saint Michiel (en tant que possible seroit) en son premier et pristin estat tout en ce que concerne les debvoirs dudict service divin et de leur Ordre que le regime du temporel, si avant qu'il pleust a Son Altesse espauler et seconder la bonne intention dudict Général de l'Ordre, luy accordant le regime et administration dudict temporel, comme il s'en confie, considéré que sa maison de Bonnesperance, des premiers exposee aux orages de ces troubles, auroit esté accablée au premier passaiage du Prinche d'Oranges par Haynnau, que lors elle auroit esté mize à feu et à sacq avecq toutes les censes y appartenantz ; et que depuis, se maintenans le Prélat et religieulx fidelement au party de sa Maiesté sans aulcunement glisser en l'alberotte de ce temps, ladicte maison et censes auroient aultresfois estez ruynées et saccagées par les troupes du Duc d'Alenchon a son premier advenement sur Haynnau et a son invasion de la ville de Binch, feu prélat dernier décédé surprins, pour la delivrance duquel, oultre la perte de tous les meubles sauvez audict Binch, auroit esté besoing de furnir grande ranchon et a ces fins leur argent a fraiz et excessifz intrest qu'encoires ronge et aggrave ladicte maison, estant que pour demourer soubz la charge n'est qu'elle soit favorizee de quel que avantage ; — a ceste cause, il auroit supply que son Altesse soit servye luy accorder et conceder l'administration du temporel de ladicte abbaye de Saint Michiel en consideration et recompense de ce que dessus, afin de par tel moyen s'adonnant l'occasion d'avoir accez sur les biens, il puisse la remectre en son premier estat, tant en ce que concerne les religieulx desquelz le suppliant veut un bon nombre avecq petit ou nul moyen de les entretenir comme en toutes aultres choses, que pour la bonne administration et meilleur restablissement d'icelle abbaye il y trouvera deues et pertinentes ; luy faisant a ces fins despescher acte ou enseignement pertinent ; — Sadicte Altesse, ce que dessus considéré et désirant (en tant qu'en elle est) prester toutte faveur à ung œuvre tant pieulx comme est celluy du redressement de l'abbaye de Saint Michiel en Anvers, dont cy dessus est fait mention, et qu'à cest effect les biens et revenuz d'icelle seront bien et mesnaigerement administrez et gouvernez, à son nom et de la part de Sa Maiesté permect, concede et accorde, permect, concede et accorde de grace espediale par ceste à Messire Jehan Lucq, Abbé de Bonnesperance suppliant, qu'il puist prendre soing et regard à recueillir et reduire en bon ordre et obediencie les religieulx du monastere de saint Michiel en Anvers, les faisant vivre regulierement et selon leur vocation. Et à ces fins luy accorde ausy l'administration et regime des biens et revenuz de ladicte abbaye, luy en donnant main levée et plenièrre jouyssance avecq plein pover et autorite convenir, contraindre et tirer en cause tous les censiers, fermiers et debiteurs,

pour obtenir le payement de ce qu'ilz peuvent et porront debvoir a ladicté abbaye, traicter, transiger et appoincter avec iceulx tant sur le parfait de leur ferme qu'aultrement en ce que concerne le bien et prouffit de ladicté maison ; recepvoir et faire venir tous les deniers, redhibences et aultre revenuz quelzconques ; du receu donner quittance et ses lettres de recipisse, lesquelz vauldront acquict et descharge a ceulx qui auront paye en vertu de cestes ; Et generalement faire, dire, procurer et negotier tout ce qu'un bon pere de famille et leal administrateur susdict peult et doit faire et qu'en compete et apartient. A charge toutes fois d'en rendre bon et leal compte et reliqua la et ainsy qu'il apartiendra. Le tout par maniere de provision et tant qu'aultrement de par Sa Maiesté ou sadicté Altesse en sera ordonné, laquelle enjoinct et ordonne a tous commissaires, recepveurs des bien annotez, justiciers, officiers et subiectz de Sa Maiesté et a tous aultres que ce peult toucher et regarder qu'ilz ayent a se reigler et conduire suyvant ce, tenant et faisant tenir pour bon et vaillable ce que par ledict Messire Jehan Lucq suppliant sera fait et negotie en cest endroit selon la forme et maniere que dict est ; le laissant et permectant joyr et user paisiblement et sans contredict de ceste grace de main levee et tenant seulement par lesdicts receveurs note et memoire en leurs quoyeres, registres et comptes de ce point, acte et l'indempnité de ung chascun. Bien entendu toutes fois que ce suppliant avant pouvoir joyr du fruict d'iceulx sera tenu d'insinuer au recepveur general des biens annotez le contenu dudict acte, pour en faire et tenir note la ou il trouvera convenir.

Faict a Tournay, le seiziesme jour de Febvrier XVc octante quatre.

Garnier.

Alexandre.

Deux copies du seizième siècle.

La première, authentiquée par notaire, se trouve aux Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 57-58.

La deuxième, authentiquée par deux notaires, se trouve ibid., fol. 75 r^o - 76 r^o.

François van Vlierden à Arnould van Leeftael, Prélat d'Averbode

1584, février

Leeftael avait été douloureusement impressionné par la première lettre de Vlierden. Le ton de cette lettre et certaines expressions telles que ce jeune prélat se les permettait avaient sans doute blessé son correspondant sexagénaire. Leeftael en prit néanmoins son parti. Il fit savoir qu'il se rendrait à Louvain afin de répondre de vive voix à tous les reproches. Les routes entre Oostham, Diest

et Louvain restant décidément fort dangereuses, il avait abandonné son projet.

En annonçant à Vlierden qu'il comptait venir bientôt à Louvain, Leefdael avait déjà esquissé son plan de défense. Il prétendait de ne pouvoir mieux sauvegarder les intérêts de son monastère qu'en se conduisant comme il le faisait. Il était d'ailleurs tout prêt à céder la place à qui voulait mieux s'acquitter de pareille tâche.

Dans sa deuxième lettre, Vlierden réplique d'un ton plus calme et compréhensif. Il insiste surtout sur le fait qu'une démission de Leefdael serait fort inopportune. Il se devait de rester à son poste. Aucun autre n'était de taille pour remplir sa fonction comme il le faisait.

À part cela, chacun des deux interlocuteurs restait sur ses positions. Leefdael ne répondit plus.

En terminant sa lettre, Vlierden proposa un échange entre certaines propriétés de leurs abbayes respectives.

Salutem plurimam, Reverende in Christo Domino Prelate et in Domino Confrater,

Quia Reverentia Vestra scribebat sese velle ad nos usque excurrere, distuli eiusdem diutius respondere literis. Verum quod impedita forte magis serijs negotijs vel itinerum pericula non immerito exhorrens, illa nec venit nec etiam venire necessum sit, eo quod nomen bonum si amissum est potius recuperetur sancta conversatione et doctrina quam multis excusationibus et verbis : hinc paucis ad literas Reverentie Vestre respondeo.

Et primum quidem cupio ne temere Vestre Paternitas existimet, sicuti literis suis subindicare videtur, me contra illam os aperire. Nam Deum testem habeo me omnia quecumque superioribus literis Vestre Paternitati significavi, ex libera charitate et candido animo ex varijs hinc inde cum animi dolore non modico auditis rumoribus significasse. Deinde, eandem Vestram Paternitatem ipsam rogo ut magis sibi commissorum confratrum, scilicet qui templa Dei esse debent, et suiipsius curam gerat quam structure et bonorum monasterij, que sese putat in municipio vel pago quodam, ad quod utriusque partis tam regis scilicet quam hostium, fauctoribus est liber accessus, conservare. Nam illud pre ceteris Vestram Paternitatem in suspicionem malam adducit quod eque libere cum fidei hostibus atque cum defensoribus versetur ; et quod post reconciliationem a Sua Celsitudine obtentam, Antwerpianam proficiscens cum suis, quos ibi habet in magistratu non infimos, egerit. Quod tamen an verum sit vel falsum ignoro, quia istud tantum ex aliorum scribo relatu, cupiens ipsam veritatem cognoscere, quod Vestre Paternitatis consulam honori.

Scribit preterea Paternitas Vestra : si presens nequit placare

offensis, se paratum esse digniori et magis idoneo cedere. Quod certe nec Vestre Paternitati, nec gregi quem pascendum suscepit, expediret. Nam, preterquam quod difficulter eque idoneus in vestra societate inveniretur, qui per etatem et longam rerum agendarum experientiam auctoritatem inter suos habeat et eisdem gratus sit, male honori suo ipsa Vestra Paternitas consuleret. Nam confirmaret receptam animo de ea sinistram opinionem et fratres suos in presentia conjiceret damna et pericula. Quoniam, si periculosum est navem inter fluctus caute non regere, inquit D. Prosper, Libro de Vita contemplativa, cap. 16, quanto periculosius est eam undis intumescuntibus fluctuantem in tempestate relinquere. Quare, non meo, sed D. Bernardi consilio acquiescat velim Reverentia Vestra, qui ad abbatem quendam, epistola 86, sic scribit : Tene meo consilio quod tenes ; mane in quo es ; et stude prodesse quibus prees, nec preesse refuge dum prodesse potes. Quia ve quidem, tibi, si prees et non prodes, sed vel gravius si, quia prodesse metuis, preesse refugis. Verum, de his satis. Spero enim quod hec scripta mea tanquam fratris accipies.

Est aliud, quod Vestre Reverentie significatum cupio, nempe quod intelligas edes vestras Trudonenses in fundo nostro ex aliqua parte satis magna edificatas esse. Et, quia edes nostre Thenenses vestris edibus ibidem vicine sunt, et noster hortus angustior et vester latior, et intelligo fundum vestrum usque ad ipsas pertingere edes, cuperem ut Vestra Reverentia de consensu suorum confratrum pro fundo nostro Trudonensi alium fundum Thenis concedere vellet, maxime eum qui ipsas horti domus nostre fines ingreditur et contingit, quo hortus noster spaciosior et latior esse posset.

His paucis Vestram Paternitatem Deo Optimo Maximo commendans, oro ut eandem dignetur servare incolumem.

Celeri calamo ex Lovanio, anno Domini 1584 Februarij.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 39 r^o - 40 r^o.

François van Vlierden à l'Abbé-Général Jean Despruets

1584, février-mars

Vlierden félicite le Général de la canonisation de Saint Norbert. Il lui signale l'étude historique de son religieux, Antoine van Rode, sur les anciens textes de la Vita Norberti. Il formule le vœu de voir cette canonisation devenir le point de départ d'une nouvelle ère dans l'histoire du vieil Ordre norbertin.

Il lui signale la pénible situation de l'abbaye d'Averbode. Son prélat, résidant dans un château en territoire liégeois, est en butte aux soupçons les plus malveillants. Le Général devrait prendre l'affaire en mains.

Les abbayes néerlandaises en général sollicitent d'ailleurs le soin particulier de l'autorité centrale de l'Ordre. Un Chapitre Général devrait pouvoir se tenir aux Pays-Bas, de préférence en territoire liégeois. A cette occasion, Vlierden serait heureux de pouvoir prêter obéissance à l'Abbé-Général et au Chapitre. Par ailleurs, les voyages sont toujours dangereux. Despruets ferait bien de nommer un vicaire, chargé des différentes abbayes aux Pays-Bas.

Vlierden parle encore de plusieurs points, intéressant la liturgie et le calendrier de l'Ordre. Notons en particulier sa proposition de faire célébrer chaque semaine l'office votif de Saint Norbert.

Il termine en promettant de donner, à la première occasion, le cadeau d'usage que chaque nouveau prélat présentait au Général et à son Père-Abbé. Pour le moment, la situation financière de l'abbaye de Parc ne lui permettait aucune libéralité.

Magna nobis occasio gaudij fuit intelligere Sanctissimi Patris nostri Norberti canonisationem iam toti mundo factam celebrem, ut hinc religiosum quemdam nostrum fratrem Anthonium ⁷⁵⁾ exstimulaverim ad eius vitam, que penes nos erat ab ignoto authore mendose nimis conscriptam, ad varia exemplaria tam scripta quam impressa recognoscendam ; quem laborem, uti nostro hortatu lubens suscepit et adiutus cuiusdam nostre universitatis et facultatis ⁷⁶⁾ opera, peregit. Libenter sic eandem ex nostro consilio Venerande Paternitati Vestre dedicat ac offert in grati animi, quem pro sollicitatione canonisationis et diligentia singulari adhibita totus Ordo dabit, argumentum evidens. Qui liber quidem nondum prelo datus est nec omnino dabitur nisi de Vestre Reverende Paternitatis consilio et autoritate, eo quod ignoremus si alius similem laborem de Vestre Reverende Paternitatis iussu susceperit : quod ut significare ne dedignetur oramus. Utinam hac occasione totus Ordo noster reflorescat, qui iam per longa ista et diuturna bella collapsus iacet, ita ut in plerisque monasterijs vix religionis externa facies remanserit. Nam sic quidam professionis sue sunt facti immemores ut neque habitum sui Ordinis gerant, cum tamen nemine prohibente secure possent. Et sic alij rursus vivunt seculariter ut neque mentem religiosam colere videantur sed nec retinuisse catholicam.

Bene faceret Vestra Reverenda Paternitas admonendo Abbatem Everbodiensem ⁷⁷⁾, qui in pago quodam vel municipio ⁷⁸⁾ agit, ut

⁷⁵⁾ Il s'agit d'un jeune religieux de l'abbaye de Parc, nommé fr. Antoine van Rode. Celui-ci composa une *Vita S. Norberti*, laquelle ne fut pas publiée. Voir à ce propos mon article *La Canonisation de S. Norbert en 1582*, publié dans *Analecta Praemonstratensia*, t. X, 1934, p. 33.

⁷⁶⁾ Le Professeur Jean Molanus de Louvain. Voir *ibid.*, p. 21.

⁷⁷⁾ Arnould van Leeftael, prélat d'Averbode.

ad vicinam aliquam catholicam civitatem Leodiensem utraque e parte neutralem sese recipiat. Nam ex eo quod in pago illo remaneat et tam hostibus iuvandis quotidie eidemque discurrentibus exhibeat se eque bonum quam et affabilem suis, quos sinit seculariter et militariter undique agere, apud complures magnates in suspicionem heresis venit. Ego eum semel atque iterum admonui fraterne ; verum, sentiens me parum proficere et nullius ponderis esse meam admonitionem, destiti.

Optarem Premonstratense monasterium, quod monasteriorum mater est, nobis esse vicinius, aut Ordinis nostri Patres futuri Generalis Capituli in gratiam abbatum nostre Belgie locum designare magis propinquum, forte in Leodina aliqua civitate ubi Ordinis esset monasterium, ad quod tuto et secure sine ulla Regie Maiestatis offensione advenire possemus. Sic enim fieret de omnibus abusibus et defectibus monasteriorum totius Belgii Vestra Reverenda Paternitas instructor et certior, possetque malis omnibus perapte mederi et occurrere.

Quia elapso anno propter bellicos per Franciam tumultus convocatio Capituli Generalis nulla facta est et abbates novelli iuxta Ordinis Statuta teneantur proximo Capitulo Generali promittere obedientiam, si forte iam convocatio aliqua futura esset, ego tenore presentium Vestre ipsius Reverende Paternitati honorem debitum et obedientiam promitto et deinde omnibus Patribus capitulariter congregatis reverentiam et subiectionem, optans omnibus ex corde sincero spiritum cogitandi et constituendi que pro Ordinis conservatione et candoris restitutione erunt opportuna et necessaria.

Et, pro futuro Ordinis nostri incremento, reformatione atque meliori successu iudicavi expedire uti in honorem sancti Patris nostri Norberti semel in septimana aliqua feria certa, non impedita alio festo, per totum Ordinem cantaretur Sacrum summum, et ab omnibus illa die pro bono communi totius Ordinis oraretur.

De horis de Domina nonnulla inter nos difficultas est an ad eas legendas obligemur extra chorum in festis triplicibus, quia in rubricis Breviarj habetur non esse legendas in choro. Quam difficultatem, ut Reverenda Vestra Paternitas pro quorundam securitate, quia multis alijs in festis triplicibus predictas horas commode legere non possimus, resolvere dignetur rogo.

Preterea, quia nobis prope impossibile factum est propter bellicos tumultus sepius ad Vestram Paternitatem scribere vel mittere et subinde quidam casus emergunt, propter quos ad Vestram Reverendam Paternitatem necessario recurrendum esset, cuperem mihi de Vestra benignitate tribui potestatem mihi necessariam absolvendi ab omnibus penitentijs, censuris et penis excommunicatos, etiam

⁷⁸⁾ Leefdael séjournait au château d'Oostham, dans le pays de Liège. Une partie du couvent, sous la direction du Prieur, Arnould van der Heyden, habitait à Saint-Trond.

Sedi Apostolice reservatis, si eam Vestra Reverenda Paternitas communicare possit, et omnem facultatem dispensandi super irregularitate ex debito persone oriunda, si forte (quod Deus avertat) talis casus aliquis inveniretur.

Ad hec, cum nobis frequenter proficiscendum sit ad ea, que in negotijs monasterij apud Aulam requiruntur, libertatem optaremus, si possibile sit, omnino primo obvianti confessario confiteri; et subinde quoque in ipso monasterio non ita opportunum sit semper domesticis fratribus et subditis confiteri, cuperemus omnino ut Vestre Reverenda Paternitas eam concedat facultatem eligendi quemcumque placebit confessarium, quotiescumque foris proficiscendum erit vel aliter pro me videbitur consultum.

His paucis Deo Optimo Maximo Vestram Reverendam Paternitatem commendans, oro ut eandem dignetur ecclesie sue servare incolumen et nos omnes Vestra Reverenda Paternitas reperiatur animo addictissimos, qui collecti in angustissimis edibus Lovanij pedem extra agere non audemus propter quotidianas hostium excursionem ⁷⁹⁾, que omnem agrorum culturam hactenus prepediverunt, ut sint hic omnia charissima et misere admodum cogamur vivere.

Deberem quidem Vestre Reverende Paternitati et Reverendo Domino Laudunensi, Patri-Abbati ⁸⁰⁾ nostro, aliquam liberalitatem ostendere; verum, teste Deo scribo, omnia nobis hic sunt tam angusta et tenuia propter quotidianas hostium incursiones, que omnium agrorum culturam impediunt, ut liberalitatem omnem in aliud tempus differre cogar.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 41 r^o - 44 r^o. Minute fort peu soignée et presque illisible.

La lettre n'est pas datée. La lettre précédente est datée du 10 février 1584.

Jean Luc, Prêlat de Bonne-Espérance, est nommé Vicaire du Général

1584, 27 mars

Le 27 mars 1584, Jean Luc, chargé d'un vicariat non-officiel depuis le 13 décembre 1583, fut gratifié de lettres de nomination officielles. Despruets lui confia le soin des abbayes du Hainaut, de la Flandre, du Brabant, de la Frise, de la Hollande, de la Zélande et du pays de Namur. Cette nomination donna lieu à certaines difficultés entre Luc et Vlierden. Par lettres officielles du 29 avril 1584,

⁷⁹⁾ Le couvent de Parc séjournait toujours à Louvain, dans son refuge.

⁸⁰⁾ A ce moment, Antoine Visconti était prêtre de Saint-Martin de Laon et Père-Abbé de l'abbaye de Parc.

celui-ci allait être nommé Vicaire du Général dans les circaries de Brabant et de Frise.

Joannes de Pruetis, Sacre Theologie Professor, Christianissimi Regis Francorum consiliarius et eleemosinarius, Dei et sancte Sedis Apostolice gratia incliti monasterii sancti Joannis Baptiste Premonstratensis, Laudunensis diocesis, humilis Abbas eiusdemque Ordinis Caput ac Reformator Generalis, dilecto nobis in Christo filio et confratri Joanni Lucq, Abbati Bonespei nostri Ordinis, Cameracensis diocesis, salutem et paternitatis affectum.

Magno animi dolore afficimur audientes monasteria utriusque sexus Ordinis nostri in Circariis nostris Floreffensi, Flandrensi, Brabantina et Phrysia ob bella civilia valde esse dissipata, bona alienata, religiosos et abbates ubique errabundos ; nostrique muneris et officii esse (quantum per tempora licet) ad primevum statum reducere, si fieri posset in persona ; sed malitia hominum nostris sanctis votis obsistit. Nos, de tua fide catholica et monastica religione et sedulitate prudentia et sapientia iunctis, confidentes, Tibi per presentes mandamus quatenus omnia et singula monasteria nostri Ordinis sita in Hannonia, Flandria, Brabantia, Phrysia, Holandia, Zeelandia et in Namurco iuxta formam Statutorum nostrorum et ad prescriptum Sacri Concilii Tridentini predicta monasteria tam in capite quam in membris visites ac reformes, cum imploratione brachii secularis si opus fuerit ; cum potestate absolvendi apostatas et excommunicatos, imposita prius salutari poenitentia, et emittendi rebelles et turbulentos ad alia patrie monasteria ; providendi de victu et vestitu ipsis religiosis, et confirmandi vel infirmandi locationes vel alienationes bonorum et reddituum ad dicta monasteria pertinentium ; deponendi Abbates inutiles, et revocandi ad claustrum pastores ecclesiarum, si monasterii necessitas aut eorum mores exegerint, et regendi et presidendi electionibus Abbatum, prepositorum et prepositarum ; et alia omnia agendi que nos ageremus si presentes essemus. Mandantes insuper sub pena inobedientie et rebellionis singulis Abbatibus, Prepositis, Prioribus et Priorissis ac omnibus nostri Ordinis religiosis ut tibi, Vicario nostro, obediant, honorem ac reverentiam exhibeant.

Datum Premonstrati vigesima septima Martii sub sigillo et syngrapha nostris et nostri Secretarii, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto.

f. Joannes de Pruetis,
Abbas Premonstratensis.

De mandato Revmi Dni Dni mei Premonstratensis,
Gavette.

Copie contemporaine, faite par Luc, authentiquée par notaire.
Arch. abbaye de Parc, VII, 65, fol. 73 vº,

François van Vlierden à l'Abbé-Général Jean Despruets

1584, mars

A l'invitation du Général Despruets, Vlierden avait fait une enquête sur la conduite et la vie d'Arnould van Leeftael, prélat de l'abbaye d'Averbode. L'enquête fut sans doute superficielle et trop hâtive. Vlierden dut s'adresser à certains personnages prévenus contre Leeftael, lequel s'obstinait à ne point vouloir abjurer officiellement et définitivement les vieilles préférences pour le parti des rebelles néerlandais.

Dans le billet suivant, Vlierden communique au Général le résultat de son enquête. Ses allégations sont sujettes à caution, comme nous l'avons fait remarquer dans notre étude *Arnold van Leeftael, Prelaat van Averbode* († 1584). Pour le dossier du cas Leeftael, le présent billet est néanmoins d'une réelle importance.

Salutem plurimam, Reverende in Christo Domine Pater,

Commisit mihi aliquando Reverentia Vestra ut, habita opportunitate, aliud medium de vita, moribus, doctrina D. Abbatis E. traderem ; quod pro bono nostri Ordinis et illius maxime monasterij lubens suscepi. Et ut cognoscat Reverentia Vestra quid in negotio egerim, his communicatum habeat eum a multis ecclesiasticis viris et etiam secularibus de varijs accusari imo plerosque eum habere de heresi suspectum ; sed tamen neminem habeo qui id legitime deponere velit aut accusatoris suscipere officium ; usque adeo ut Dominus Reverendus Lindanus episcopus sollicitaverit in Aula pro quadam incorporanda decima, ad monasterium Averbodiense pertinente, sub hoc titulo quod hereticus esset et quod per consequens non legitime possideret ⁸¹). A confratribus suis atque pastoribus, quibus omnia indulget et permittit, ita amatur perdit ut, si prelato destituti essent, non alium quam ipsum eligerent. Omnia munimenta, registra et alia, que ad monasterium pertinent, penes se in castro habet ⁸²). Et timent plerique, ut si minus circumspecte cum eo agatur, ne alio se transferat.

⁸¹) Lindanus, évêque de Ruremonde, sollicite l'incorporation des dîmes de Roosteren à sa mense épiscopale, jusqu'au moment où le prélat et le couvent d'Averbode auraient reconnu l'autorité du Roi. Farnèse la lui octroya. Mais — les pièces officielles en font foi — Lindanus n'appuya point sa demande sur un motif quelconque d'hérésie. Dans sa requête à Farnèse il ne parle que des convictions rebelles que le prélat et le couvent d'Averbode n'avaient toujours pas abjurées.

⁸²) Dans le château d'Oostham où il résidait, Leeftael possédait quelques registres des archives d'Averbode. Une autre partie de ces registres était aux

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 44 r^o et v^o. — Minute illisible et, dirait-on, intentionnellement mal écrite.

La lettre n'est pas datée. Il faut la dater du commencement de mars 1584. La lettre qui suit immédiatement après est datée du 5 mars 1584.

F. van Vlierden à W. van Corsworm, administrateur de Tongerlo
1584, mars

L'opposition entre le parti des rebelles et celui des royalistes avait servi, dans l'abbaye de Tongerlo aussi, de prétexte aux petites compétitions personnelles. En l'espèce, Jacques Vekemans, religieux de Tongerlo et curé de Duffel, avait eu recours à Farnèse pour se venger de Jacques Veltacker, le prélat rebelle de son abbaye. Après la mort de Veltacker, W. van Corsworm avait été désigné comme administrateur de l'abbaye de Tongerlo, toujours unie à l'évêché de Bois-le-Duc. Entre Corsworm et Vekemans, l'affaire reprit de plus belle. Un arrangement fut conclu, sans avoir toutefois des résultats bien tangibles. Sur cette longue affaire, voir la dissertation d'A. ERENS, *Tongerloo en 's Hertogenbosch*, p. 288 svv. Tongerlo, 1925.

Adversaire convaincu de tous les rebelles, Vlierden se sentait plus attiré vers Vekemans. Celui-ci, séjournant momentanément à Louvain, lui avait montré l'acte de réconciliation, signé entre Corsworm et lui. Trop enclin à se considérer comme redresseur des torts, le jeune prélat Vlierden écrit à Corsworm cette lettre, peut-être un peu trop impertinente.

Salutem plurimam, venerande Domine administrator et confrater in Domino.

Exhibuit mihi frater Jacobus Vekemans concordie inite cum Vestra Paternitate publicum instrumentum ; quod, ut legi, inveni esse absolutum et nulla conditione restrictum. Quare, si cum eo mihi esset negotium, potius eligerem receptis semel verbis stare et eidem iuxta promissum satisfaciendo omnem redimere vexam, quam multis allegationibus et exceptionibus insistendo in contrarium nove et odiosissime litis prebere causam. Est enim nostrum bonum in malum vincere et quoad fieri potest non provocare ad

maines du Prieur, Arnould van der Heyden, qui séjournait à Saint-Trond avec la majeure partie du couvent et y administrait une notable partie des biens.

iracundiam filios quorum suscepimus animas curandas. Perdidit Christus seipsum et se totum nobis impendit ut nos sibi lucrificeret et reconciliaret et redimeret ab omni inquinamento carnis et spiritus. Quare magis decet ut de substantia, quam cum eo communem habet Vestra Fraternitas eidem provideat abunde, et facto quod promisit prestat. Volenti tunicam tollere dimitte et pallium, inquit Christus, potius quam occasione ablata rei offendiculum detur Evangelio et scandalum in Ecclesia oriatur. Si quid deliquit, semper remanet tibi suo tempore corrigendi plena facultas, modo non ipse prior de omnibus anteactis malis indulgentiam postulet et gratiam; et hoc si fecerit, ex omni animo ignoscas rogo. Preterea, Domine Confrater, quod tibi administrationem monasterij tam in temporalibus quam spiritualibus intelligo commissam, et penes principes seculi non sit iurisdictionem spiritualement alicui tribuere nisi forte in casu admodum raro et reliquis omnibus superioribus deficientibus, unde nec Regie Maiestati concessum est quemquam plene instituere vel investire sed dumtaxat denominare et presentare: quo possis in tua administratione agere secure et cum maiore autoritate tuis preesse, consulerem petere a superiore nostro, Reverendo Domino Floreffensi⁸³⁾, plenam administrandi in spiritualibus potestatem, tantisper donec per Suam Sanctitatem vel per Regiam Maiestatem de abbate vobis provideatur. Et hoc agat Vestra Fraternitas ut omnes, quotquot suscepit regendos, in timore Dei erudiantur et custodiantur; ut omnes colligantur in unum et non sinantur per incertas vagari sedes; et, positis vestibus laicalibus, habitum Ordinis assument. Nam, qui temere et sine necessitate habitum sui Ordinis relinquit, eo ipso de iure secundum canones excommunicatus est; ut hinc multis timeam religiosis, qui in civitate catholica nulla necessitate coacti laico prorsus ac seculari habitu usi sunt.

Per secretarium vestrum cuperem moneri nostrum molitorem de solutione termini iam cessi in festo Purificationis; et si receptam pecuniam posses nobis curare numerari Leodij aut nobis aliqua ratione assignare recipi eandem, id nobis gratum foret. Sin minus, poteris eam reddere magistro Petro Simonis, canonico Bekensi, qui iam Silveducis residet.

His paucis Deus Optimus Maximus Fraternitatem vestram dignetur ecclesie sue et Ordini nostro servare incolumem.

Celeri calamo ex Lovanio martij a^o 1584.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 45 r^o et v^o.

⁸³⁾ Gilles Daischelet, prélat de Floreffe, vicaire du Général Despruets.

François van Vlierden à son parent, Baptiste Daniëls

27 avril 1584

Très heureux de la facilité que du Blioul a rencontré en Cour de Rome dans la sollicitation de la confirmation pontificale de Vlierden, celui-ci invite Daniëls à présenter à du Blioul des honoraires appropriés. S'il le faut absolument, il peut payer la somme de cent couronnes qu'il a en mains. Il vaut toutefois mieux qu'il s'en tire d'une façon beaucoup plus avantageuse.

Salutem plurimam, Domine Cognate.

Literas vestras ex Urbe sabbatho sancto scriptas recepi 26 Aprilis. Et quod ad negotium confirmationis nostre impetrande attinet, quia mihi persuasum erat a sollicitatore nostro, Joanne del Rio (qui habet hunc Dominum Laurum habet negotiorum suorum actorem), 100 coronas necessario exsolvendae esse pro iuribus officialium Curie Romane et Suam Sanctitatem numquam remittere ea, literas cambij de 100 coronis numerandis misi. Verum, quia nunc intelligo ex singulari favore et gratia Sue Sanctitatis non publice in Consistorio sed secreta prorsus via obtentam esse confirmationem et per consequens non esse singulis officialibus ex more solvendam mercedem, cupio et rogo ut quam minimo fieri potest de omnibus impensis factis deque eius Domini Lauri salario nomine nostro transigas ita tamen ut si persistat in 100 coronis petendis et literas nostras expedire nolit, nisi illis acceptis, 100 coronas illi numeres. Malo enim cum meo damno et interesse omnem redimere vexam et molestiam quam post confirmationem impetratam literas non habere, expeditas. Et transscribere nobis non graveris quot stupheri pro unoquoque aureo numerandi sint.

Gratias ago quod tam sedulum in nostro negotio te exhibeas. Et, si qua potero umquam in re tibi gratificare, me paratissimum invenies.

Vale. Amici omnes recte valent et te vicissim resalutant. Saluta nostro nomine Patrem Robertum ⁸⁴⁾, Vincentium Zeelandium et reliquos notos.

Celeri calamo ex Lovanio 27 Aprilis.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 45 v^o - 46 r^o.

⁸⁴⁾ Saint Robert Bellarmin.

François van Vlierden à Lauro du Blioul à Rome

27 avril 1584

Lauro du Blioul, agent diplomatique des Pays-Bas à Rome, avait été chargé par Vlierden de solliciter en Cour de Rome sa confirmation abbatiale. Baptiste Daniëls, parent de Vlierden, résidant momentanément à Rome, avait été l'agent de liaison. Grâce à ses relations, du Blioul avait trouvé la possibilité d'obtenir une approbation papale, laquelle ne devait pas être faite en consistoire. Vlierden l'en remercie et le supplie de vouloir accepter les honoraires, que Daniëls lui remettra de sa part.

Salutem plurimam, honorande Domine.

Quia ex Domino del Rio intellexeram negotium nostrum necessario in ipso Consistorio debere proponi et tunc numquam Suam Sanctitatem officialium iura, que ad 100 circiter coronas ascendunt, solere remittere ⁸⁵⁾, nolui negligere quin literas cambij 100 aureorum transmitterem, quo certior et securior de confirmationis essem impetatione. Verum, quia preter omnem spem et expectionem et vestra singulari accedente opera et vigilantia, illa via plane secreta obtenta est, cupio et rogo ut honestum sallarium offerendum a cognato nostro ⁸⁶⁾ acceptare velis et non iuxta cambij literas 100 aureos acceptare. Habeo enim plures causas sollicitandas easque Vestre Prudentie lubens committam, si hoc in negotio animum senserim benevolum et benignum.

Vale, honorande Domine.

Celeri calamo ex Lovanio a° 1584 27 Aprilis.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 45 v°.

Le Chapitre Général de 1584

29 avril 1584

Le Chapitre Général de 1584 se réunit à l'abbaye de Prémontré, le 29 avril et jours suivants.

Despruets présida les assemblées.

J'ai publié les actes de ce Chapitre dans *Les Chapitres Généraux de l'Abbé-Général Jean Despruets (1572-1596)*, pp. 44-52, dans *Analecta Praemonstratensia*, t. XVI, 1940.

⁸⁵⁾ Jean del Rio, licencié in utroque, homme bien introduit dans les administrations centrales du gouvernement-général, fut l'homme de confiance de Vlierden pour plusieurs missions importantes auprès du gouvernement central.

⁸⁶⁾ Baptiste Daniëls.

François van Vlierden est nommé Vicaire de l'Abbé-Général

29 avril 1584

L'acte suivant, dont une copie se trouve ou se trouvait dans toutes les abbayes prémontrées de l'ancien Brabant, porte comme titre habituel : « Constitutio Francisci Vlierden, abbatis Parcensis, Vicarij Generalis Ordinis Praemonstratensis in Circaria Brabantiae et Frisiae ».

Vlierden fut nommé Vicaire au Chapitre Général de 1584.

JOANNES DE PRUETIS, Sacrae Theologiae Professor, Christianissimi Francorum Regis Consiliarius et Eleemosynarius, Dei, et Sedis Apostolicae gratia incliti Monasterij Sancti Joannis Baptistae Praemonstratensis, Laudunensis diocesis, humilis Abbas, ejusdem Ordinis Caput ac Reformator Generalis et Capitulum Generale dilecto nobis in Christo filio et confratri Francisco Vlierden, abbati Parcensi nostri Ordinis, diocesis olim Leodiensis nunc ut fertur Maclienensis, salutem et paternitatis affectum.

Cupientes totis viribus Ordinem nostrum, malitia temporum colapsus, in pristinum statum reducere (Deo propitio), nos de tuis fide, probitate morum monasticorum et experientia negotiorum Ordinis confidentes, te in Vicarium nostrum in Circaria Brabantiae et Phrisiae constituimus, cum potestate substituendi unum vel plures abbates, praepositos, priores claustrales religiosos cum simili aut limitata potestate visitandi et reformandi omnia et singula monasteria utriusque sexus nostri Ordinis, iuxta Statuta et dispositiones ⁸⁷⁾ Capitulorum generalium et ad praescriptum sacri Concilij Tridentini, cum potestate absolvendi apostatas et apostatrices ⁸⁸⁾, imposita prius salutari poenitentia, cogendo eos vel eas redeundi ad septa sui monasterii ibique Deo famulatueros ritu nostro et habitu Praemonstratensi, et occultos in fide dubitantes absolvendi, facta primum coram te vel substituto celebri professione fidei catholicae Romanae ; manifestos autem vel manifestas haereticos vel haereticas si publice impietatem professi sunt, remittendi eos vel eas ad Summum Pontificem vel vicarium episcopum. Etiam cum potestate deponendi Abbatis, Abbatissas, priores, priorissas, praepositos, praepositas et pastores ecclesiarum suspectos de haeresi vel malae vitae et scandalosae, et alios in eorum locum substituendi, prout juris erit ; et cum potestate audiendi confessiones et corrigendi omnes errores et abusus, reducendi poenitentes ad viam salutis, cum imploratione (si opus fuerit) brachii saecularis ; et repetendi ac recipiendi tallias Ordini debitas pro elapsis annis, et reddendi nobis et Capitulo generali rationem. Et praeciendi ut festum D. Norberti Patris nostri

⁸⁷⁾ D'autres copies donnent : diffinitiones.

⁸⁸⁾ D'autres copies donnent : apostatantes.

celebretur die constituta. Et ut emant Missalia, Breviaria, Processionalia et Horas D. Mariae. Et omnia alia agendi quae nos ageremus si praesentes essemus. Cum plenitudine potestatis.

Datum Praemonstrati die vicesimanona Aprilis, sub sigillo Ordinis et syngrapha nostris et nostri secretarii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimoquarto.

Joannes de Pruetis,
Abbas Praemonstratensis.
De mandato Rmi Dni mei Praem. et Cap. Gen.
J. Gavette.

Copie notariée.

Arch. de l'abbaye d'Averbode, sect. I, liasse 1, farde 5.

François van Vlierden au Licencié Jean del Rio

2 mai 1584

Il le consulte concernant le montant des honoraires à payer à Lauro du Blioul et lui demande son aide pour bien arranger cette affaire.

Salutem plurimam, Domine Licenciatae.

Ex literis cognati nostri sabbatho sancto ex Urbe scriptis intelligo diligentia Domini Lauri confirmationem nostram secreta via a Sua Sanctitate impetratam et cognatus noster Baptista Danielis attulit eidem honestum salarium et omnem satisfactionem pro bullarum expeditione. Verum 100 aureos numerare recusavit, quantumvis eos haberet promptissimos, partim quia summa ipsi maior videbatur quam numerare conveniat, partim quia non eque multum existimabat dandum esse pro confirmatione si secreta via, ut ait, impetrata atque si eam publice et in Consistorio obtenta fuisset, eo quod tunc pluribus forte solvendum sit et maiora iura pendenda. Me quoque asserit male fecisse literas cambij 100 aureorum transmittendo, eo quod literarum nostrarum vigore expetantur ab eo centum aurei, qui pro minore longe summa sperabat posse confici negotium. Ego certe publice et in Consistorio existimans pro confirmatione nostra esse supplicandum et numquam Suam Sanctitatem iura ministrorum, qui communiter ad 100 aureos ascendere dicuntur, ex toto vel ex parte remittere, bona fide literas cambij 100 aureorum transmisi et spero me bene agendo mihi ipsi non preiudicasse vel preclusisse viam transigendi cum eodem de minori summa. Quare, ut hac in parte nostram causam iuvare velis cupimus et Domino Lauro agenti scribere quatenus, defalcatis sive detractis eorum salarijs quibus de iure nihil debetur (utpote qui negotium nostrum secreta via peractum non promoverunt), eos sibi ex 100 aureis accipiat nummos quos de iure vel observata hactenus consuetudine solvere tenemur.

Hanc inclusam schedulam, postquam legeris, occludes et cognato

nostro transmittre ⁸⁹⁾. Mitto enim eam apertam, ut cognoscas quam agam in omnibus bona fide, sicuti a Dominatione Vestra bona fide agi certus sum, quantumvis forte que eidem subserviunt proprijs commodis inordinatus consulam. Poterit Dominus Laureus recepte pecunie transmittre computum.

Hic paucis vale, et hoc agas rogo ut quam citissime expediatur. Celeri calamo ex Lovanio anno 1584 2 Maij.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 46 r^o et v^o.

Gilles Daischelet, Prêlat de Floreffe, au Prêlat Vlierden

11 mai 1584

Il lui transmet l'acte officiel de sa nomination en qualité de Vicaire du Général.

Il lui recommande les fils du secrétaire de l'abbaye de Floreffe, étudiants à Louvain.

Reverende in Christo Confrater,

Accepimus sarcinam literarum, quam suo tempore per certum nuntium magnis sumptibus misimus ad Reverendissimum Dominum Praemonstratensem ; a quo vicissim accepimus literas his adiunctas, quibus Vestrae Paternitati committit onus visitandi circarias Brabantiae et Frisiae, sicuti per alias nobis committit visitationem circariorum Floreffiae, Westphaliae et Yveldiae. Onus est grave, et quod hac tempestate forsan non caret periculo. Nostrum tamen est pro conservanda religione facere quod possumus, quod Vestram Paternitatem facturam non dubitamus ; quam per praesentes rogatam cupimus ut filiorum nostri secretarij, qui studij causa Lovanij sunt, habeat rationem, eisque si opus sit patrocinetur, ne tamquam ignoti et exteri omni favore et solatio destituantur ; et, si forte contingat ut aliquando pecunia in usus quotidianos necessaria non posset mitti tempestive, dignetur suppeditare quod eis erit necessarium, quod optima fide curabimus Vestrae Paternitati restitui. Quam Dominus Deus suo gregi diu servet incolumem.

Namurco xja Maij 1584.

Tuus ex animo confrater,
f. Egidius Daischelet,
abbas Floreffensis.

Adresse : Reverendo in Christo Patri et Domino Domino Abbati Parcensi. Lovanij.

Pièce originale.

Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Arch. ecclésiastiques, n^o 9393, document n^o 80.

⁸⁹⁾ Il s'agit de la lettre de Vlierden à Daniëls, datée du 27 avril.

Le Général Despruets à Jean Luc, Prélat de Bonne-Espérance

7 juin 1584

Luc avait été fort mécontent de la nomination de François van Vlierden en qualité de vicaire du Général pour les abbayes de Brabant et de Frise. Il s'en était plaint au Général. Dès avant la nomination de Vlierden, Luc s'était attaché à régler les affaires parfaitement embrouillées de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. Celle-ci n'avait plus de Prélat depuis la mort de Guillaume Greve (sept. 1581) ; Denys Feyten, ancien Prieur et ancien prévôt des religieuses de Zoetendaal en Zélande, s'était fait nommer administrateur contre le gré des religieux. Comme on le verra, Despruets, voulant ménager le trop susceptible prélat Luc, lui laisse le soin de l'abbaye de Saint-Michel. Il lui demande d'y faire élire aussitôt un nouveau prélat. Il fera de même à l'abbaye de Tronchiennes.

La lettre traite ensuite le cas d'un religieux de Bonne-Espérance, Augustin Faure. Celui-ci s'était présenté au Chapitre Général d'avril 1584, sans l'autorisation de son prélat. Le Chapitre avait examiné ses plaintes et ses fautes. Il avait exprimé sa décision dans un décret capitulaire et avait invité Faure de rentrer immédiatement dans sa paroisse et de ne plus importuner son prélat. Comme on le verra, les difficultés entre le prélat Luc et Augustin Faure avaient rebondi. Despruets s'en tient à l'arrêté du Chapitre Général.

Comme on le sait de par ailleurs, Despruets publia en 1584 une nouvelle édition du Processionale, donnant e. a. la première édition de l'Office de Saint Norbert, composé par le Général lui-même.

Monsieur et Confrère,

Pour respondre aux vostres: ce n'a esté nostre intention ny celle du Chappittre General de donner occasion a personne de soy rire de vous, mais pour mieulx pourveoir et plus promptement aux affaires de l'Ordre.

Et, pour le regard de Saint Michel vous continuerez suyvant vostre premiere commission, puis que les choses sont commenchées ; et pourrez mander à Monsieur du Parcq que, puis que sa Maiesté vous a eu pour agreable pour ladicte Abbaye, qu'il vous laisse faire ; que ainsy est nostre intention. Et les religieux assemblés avec conguét de sa Maiesté, pourrez faire procéder à l'élection pour saint Michel aussy bien que pour Drongues ou Tronchez. Et, pour autant que pour le présent suis empeschez à la procession et service du saint Sacrement et demain de saint Norbert, joing que mes religieux qui ont accoustumez d'escrire sus moy sont tous malades

de fiebvres : qu'est cause ne vous puis mander special vicariat pour saint Michel.

Quantes à Monseigneur de Cambray, sez lettres me furent tres-agreables, et Vostre religieulz at acces a moy aussy facile que avecq le moindre du monde. Et, sy je scavoy que ledict frere Augustin eust revelet les secretz, il en seroit puny suyvant les Statuz. Et faicte luy practiquer la sentence.

Et quantes aux abbayes quy sont en Haynnau, vous povez practiquer vostre Vicariat et me semble que n'avez besoing de grand suyte pour aller à Tronchez ; vous escripvez et couchez bien par escript, il ne y faut que quelcque religieux pour signer et servir de secrétaire ; car ce n'est ainsy de nostre estat comme de l'estat des seculiers, car le nostre consiste in regulari et claustrali disciplina et le leur in foro contentioso.

Je n'ay receu encoire aulcun Processionnel ; sy en avoye, le vous eusse envoyé ; mais ce sera à la premiere occasion. Et espere en recepvoir de brief. Mais, sont encore tous fraiz et mouillelz.

Priant Dieu, Monsieur et confrere, avecq santé vous donner longue vie.

De vostre maison de Premonstré, ce viije Juing 1584.

Vostre confrere et bon amy,

f. Jehan,

Abbé de Premonstré.

Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 71 r^o et 74 r^o. Le premier exemplaire est une copie, faite par Luc et authentiquée par Luc lui-même. Le deuxième exemplaire est une autre copie, faite par Luc, et authentiquée par notaire.

François van Vlierden à Antoine Mermans, prévôt de Leliendaal

9 juin 1584

Profès de l'abbaye de Parc, où il avait rempli plusieurs offices importants, Antoine Mermans était devenu prévôt des religieuses norbertines à Leliendaal (Malines). Depuis toujours, ce prévôt était un personnage de marque. Pendant plusieurs années, Mermans le fut dans le plein sens du mot.

La ville de Malines, on le sait, connut un destin tragique au cours de la guerre civile des Pays-Bas. Dès avant le moment où elle fut surprise par les rebelles et livrée à un sac et un carnage sauvages, Mermans l'avait quittée. Comme tant d'autres ecclésiastiques de marque, il s'était retiré en territoire neutre, à Cologne notamment. Il y était encore en 1583, lors de l'information pour l'élection abbatiale de Parc après le décès du prélat Loots. Dans cette information, Vlierden lui-même donna sa deuxième voix à

« f. Adrien Mermans, prevost Vallis Liliorum, presentement à Cologne » (Arch. Gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, Enquêtes ecclési., reg. 911, fond 4 r°). C'est dire que le séjour de Mermans en territoire neutre n'avait pas nui à sa réputation. Le prélat Loots lui-même, comme tant d'autres, avait d'ailleurs séjourné assez longtemps à Liège. Tandis que Mermans s'était réfugié à Cologne, son vicaire à Leliendaal, Guillaume Hertsinck, lui aussi religieux de Parc, se retira à Anvers où il fit plus ou moins cause commune avec le parti des rebelles. Il s'installa à l'abbaye de Saint-Michel, et s'y rallia au groupe rebelle des religieux de l'abbaye.

Depuis, Mermans avait quitté Cologne et avait choisi une résidence à Liège. Comme bien d'autres ecclésiastiques, il y portait le costume laïc. Sur ce point, Vlierden fut toujours très sévère. Installé lui-même dans la ville de Louvain, la seule qui ne fut jamais prise par les rebelles, il ne connaissait guère les difficultés de l'exil et de la fuite. Quoiqu'il en soit, il écrivit à Mermans la lettre passablement sévère qu'on va lire.

Après la tourmente, Mermans rentra dans le pays. Il mourut en 1602.

Preposito in Leliendaal.

Salutem plurimam, venerande Domine Preposite, professione et etate pater, et munere sive officio frater.

Doluimus multum quod hactenus nihil literarum a vestra Fraternitate acceperimus, cum tamen ea fuit inter nos animorum coniunctio, que non videbatur facile loci vel temporis spacio dissolvenda aut ulla maligni spiritus arte (qui animorum divisionibus gaudere solet) disrumpenda. Certe si (quod nescio) aliqua mea culpa illa interrupta fuit, doleo ex animo, et etiam omnibus modis resarcitam cupio. Nec me modo putes alium ab eo qui eram heri vel nudius tertius, sed eundem prorsus existima, nisi quod iam pondere premor muneris, qui prius sub levi Christi iugo libertate gaudebam spiritus. Verum, sicut nec sermonibus sancti ⁹⁰⁾, sic nec Dei voluntati resistendum fuit.

Motus literis cuiusdam ecclesiastici viri Leodij habitantis, qui me plurimum gratia apud Vestram Fraternitatem valere existimat, non potui non ad Vestram Fraternitatem scribere prior, qui vestras exspectabam per filiam nostram Hermelendem. Conqueritur enim is Vestram Fraternitatem multos offendere, tam ecclesiasticos quam seculares, quod, cum in civitate habites catholica ubi nullum a fidei hostibus periculum metuitur, habitu tamen utaris laico. Et existimat, sicuti et ego, hoc ipsum esse contra Ordinis nostri professionem et

⁹⁰⁾ Faut-il peut-être: Sancti Spiritus ?

status tui honestatem. Es enim ecclesie Dei et virginibus sacris prepositus et lucerna posita, non sub modio, sed super candelabrum, ut omnibus alijs lumen prebeas vite. Quare cogites velim difficultatem et publicam confusionem quam aliquando ⁹¹⁾ ob similem causam passus est predecessor noster pie memorie D. Ambrosius ⁹²⁾; et, ne in similem incidas, meis monitis acquiescens, si sapis cavebis. Nam intelligo complures esse qui sacrum tuum audire nolunt ob hoc solum quod Vestra Fraternitas excommunicatum arbitrentur ob habitum derelictum, et in excommunicatione celebrare. Nec, meo iudicio, sine ratione. Nam canones eos excommunicatos decernunt qui temere habitum sui Ordinis relinquunt, quia scilicet religiosus eo ipso se Deo subtrahit, cui sub monachali habitu devoverat servire. Sed dicit forsitan Vestra Fraternitas se habitum non temere sed vigente necessitate reliquisse. Quantumvis Vestram Fraternitatem sciam non abundare, tamen eandem non usque adeo premi necessitate scio, quin habitum Ordinis sibi comparare possit, cum apud me habeat repositas tunicas inferiores duas, karsacken dictas, thoracem cum manicis et pileum cum caligis (si bene memini) inferioribus. Que omnia mittere paratus sum. Pro tunica vero talari, qua apud nos Vestra Fraternitas utebatur, sicut etiam pro breviarijs quibus modo utitur, coactus est Reverendus Predecessor noster satisfacere usque ad unum obulum fratri confratris nostri et juvenis Erasmi ab Heyst ⁹³⁾, cuius illa fuerant; ut tanto liberior idem predecessor noster tunicam talarem et etiam caligas superiores alijs confratribus dederit utendas. Quare tunica dumtaxat talaris tibi comparanda esset, ad quam libenter pro modulo facultatis nostre (que angusta satis est) contribuere cupio, quo nulla inter nos oriatur simultas, quibus fuit cor unum et anima una in Deo, modo animus resumendi habitum adfuerit. Quem ut Deus Optimus Maximus tibi concedat rogo. Dolerem enim Vestram Fraternitatem in publicam confusionem incidere, quem semper maxime amavi et amo. Suscipiat igitur Vestra Fraternitas verba hominis, qui pulvis est et cinis, ut Dei evadat iudicium et humanam confusionem.

Deus Optimus Maximus cordi tui subindicare dignetur ex quanto erga te amore hec scribam, licet que culpanda sint non problem. Poteris facile Leodij habere octo ulnas albi panni pro sedecim Renensibus ⁹⁴⁾, cum ibi sit pannus bonus, dictus den dobbelen cardinael, pro quadraginta stuferis ulna.

⁹¹⁾ Ms.: aliquis.

⁹²⁾ Le Prélat Ambroise Loots avait séjourné à Liège. Pendant son absence, don Juan avait fait élire un administrateur. Vlierden avait été nommé à ce poste qu'il remplit jusqu'au retour du prélat Loots.

⁹³⁾ Il s'agit sans doute du jeune religieux de Parc, Erasme Roberti, signalé dans l'information pour la nomination d'un administrateur pendant l'absence du prélat Loots. Voir les Actes de cette information: Arch. Gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, Enquêtes ecclési., reg. 908, fol. 40 r^o.

⁹⁴⁾ Ms.: pro 16 Renenses.

His paucis Deus Optimus Maximus dignetur Vestram Fraternitatem diu ecclesie sue et nobis servare incolumum. Saluta Annam, filiam Haelbeeck ⁹⁵⁾.

Celeri calamo anno Domini 9 Junij ⁹⁶⁾.

Minute dans « *Variae Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 47 r^o - 48 r^o.

François van Vlierden à Denis Feyten, Prévôt de Zoetendaal

9 juin 1584

A l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers où il avait fait profession, Feyten avait rempli plusieurs offices importants. Puis, il était devenu Prévôt du couvent des Norbertines de Zoetendaal, en Zélande. Chassé de sa prévôté par les rebelles, il était revenu à Saint-Michel d'Anvers. Il y resta pendant trois ans environ. Après, connu comme partisan de don Juan d'Autriche, les rebelles l'avaient forcé à quitter la ville. Il s'était établi à Louvain. Il avait sollicité l'administration des biens de Saint-Michel pour autant qu'ils n'étaient pas aux mains des rebelles. Après un simulacre d'élection, il avait été nommé en effet administrateur des biens de l'abbaye.

En 1584, l'abbaye de Saint-Michel était vacante depuis bientôt trois ans. Un nouveau prélat n'avait pas encore été nommé, même après une première information officielle. Vlierden, ignorant du fait que le Général Despruets avait réservé l'abbaye de Saint-Michel aux soins de Jean Luc, son autre Vicaire, adressa à Feyten cette lettre un peu cavalière pour l'engager à prendre meilleur soin de l'administration de son abbaye et de précipiter les pourparlers pour l'élection d'un nouveau prélat.

Salutem plurimam, venerande Domine Preposite et Confrater,

Ex animo dolui hactenus multum Fraternitatem Vestram, qui curam et administrationem monasterij sui suscepit, non diligentius eiusdem causam communem promovisse, cum non ignoret pastore destitutum luporum esse expositum morsibus, et solere facile suboriri dissidia cum capite sublato uno ex equo non omnes obaudiunt. Quare, cum nobis (sicuti ex adiunctis cognoscere poterit Fraternitas Vestra) per Brabantiam et Frisiam commissa sit monasteriorum cura et visitatio, hortamur eandem Vestram Fraternitatem et monemus in Domino quatenus, omnibus sepositis excusationibus, aliquem

⁹⁵⁾ A cette époque, deux religieux du nom de Hallebeeck étaient profès à Parc.

⁹⁶⁾ La datation est incomplète. Mais cette lettre se trouve parmi celles de 1584.

mittat communibus monasterij sumptibus tum ad Commissarios tum ad Suam Celsitudinem, quo vestre abbatie electionis negotium sollicitet et prosequatur, ne longiore mora monasterium vestrum damnum certum accipiat et Patrum Ordinis sibi conciliet indignationem.

Vale in Domino, dilecte Confrater.

Celeri calamo ex Lovanio, anno Domini 1584 9 Junij.

Minute dans « *Variae Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 48 r^o.

Préface du nouveau Processionnel prémontré de 1584

12 juin 1584

Comme la préface du Bréviaire de 1574, celle du Processionnel de 1584 fut rédigée par Martin Bourlier, chargé par le Général Despruets de la revision des livres liturgiques de l'Ordre.

Tout comme la préface de 1574, celle de 1584 est un document. L'une et l'autre valent en premier lieu pour l'étude de la vie spirituelle dans l'Ordre du seizième siècle. Elles sont des témoins autorisés pour la détermination des idées maîtresses selon lesquelles les nouvelles éditions des livres liturgiques se firent à une époque où Despruets prétendait se faire le champion des anciennes traditions de l'Ordre.

Frater Martinus Bvrlerivs,
Sacrae Theologiae professor, & Monasterij Ianduriarum Coadiutor,
optimis & benevolis lectoribus.

S. P. D.

Multa quidem sunt et varia, quibus Deus Optimus Maximus ad iracundiam propter hominum scelera provocatus solet placari, eiusque benevolentia conciliari. Verum ad hoc consequendum maxime conducunt supplicationes publicae et solennes, ac potissimum quae Processiones a Christi fidelibus nuncupantur : iamdudum ab antiquis Patribus religiosa devotione in Christi Ecclesia celebratae. Cum enim populus christianus bello, fame, peste seu alia quacumque premeretur angustia, omnes tam viri quam feminae (cuiuscumque status et conditionis exstitissent) ad sanctorum martyrum basilicas, diebus potissimum Dominicis ac festivis, summa cum devotione ac humilitate procedebant, ibique publicas stationes peragebant in orationibus et vigilijs permanentes : Unde deductum est nomen processionis, nempe a procedendo cum quadam religione. Quod certe in figura saepe ab Israelitis in lege antiqua factitatum esse constat, tum in arche testamenti solenni gestatione, modo contra Philistaeos, populi Dei hostes infestissimos, modo circum moenia urbis hiericuntinae, modo reducendo eam ex domo Obededom in civitatem

David, cum Psalmis et canticis spiritualibus. Hoc eodem singulari remedio populus Hierosolomymitanus, ab obsidione generosissimi simul et ferocissimi principis Alexandri Magni (summo sacerdotio tunc gerente Iadde), liberatus est. Cum enim obsessi Iudaei non haberent unde tanto exercitui resisterent: ex divino praescripto omnes in unum sic ad processionem solennem composuerunt et vestibis albis induti summoque sacerdote Pontificalibus indumentis ornato, obviam summa cum humilitate praefato Alexandro Magno totique exercitui perrexerunt, sicque ab obsidione liberati, civitatem suam sartam tectamque retinuerunt. Quod certe fecerunt doctrina prophetica instructi. Cum videritis (inquit Ioël) dominum Deum vestrum vobis succendi, mortem et perditionem minari, varijs flagellis et afflictionibus vos visitare: videte ne despondeatis animum nec in desperationem incidatis, sed convertimini ad illum, quia benignus et misericors est, patiens et multae misericordiae et praestabilis super malitia. Canite tuba in Syon, sanctificate coetum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera. Quod et initio nascentis Ecclesiae Catholicae maxima cum devotione solennique hominum frequentia ad haec usque tempora diligenter observatum esse constat, tum ex sanctissimorum Patrum scriptis: Tertulliani, Cypriani, Ambrosij, Augustini et coetorum; tum ex varijs historijs ecclesiasticas, tum denique ex praxi et inveterata ipsius Ecclesiae consuetudine, quae pro lege haberi debet. Quod futurum Savid in Spiritu sancto praedixit cum diceret: Domine, in angustia requisierunt te; et alibi: Imple facies eorum ignominia et quaerent nomen Tuum, Domine. Illud etiam in seipso expertus dicebat: Ad Dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me. Nec est quod nos nostrasque processiones rideant et calumnientur huiusce tempestatis haeretici et alij novarum rerum inventores, cum non solum in nova verumetiam in veteri Ecclesia hec semper observata fuerunt. Certissime enim noverant sanctissimi Patres supplicationes eiusmodi non posse non esse Deo gratissimas, modo proecum puritas, pietas, religio, fides, charitas et cum humilitate summa mentis attritio: quoniam iis (tamquam signo quodam exteriori) profitemur Deum omnium rerum esse opificem, eumque omnibus sua sanctissima providentia providere. Protestamur etiam eum omnes Reges, Principes et Monarchas longissimo intervallo superare, tempestatibus etiam ac morti, pesti, fami, bello, turbini, fulguri et coeteris huiusmodi imperarare. Provide canit Ecclesia: Tua est potentia; Tuum regnum, Domine. Tu es super omnes gentes. Profitemur etiam cum Apostolo Paulo nostram sufficientiam a Deo solo esse, cuius favorem et auxilium imploramus, scientes quod omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Denique nostram infirmitatem cognoscimus defectusque nostros publice tunc confitemur pollicemurque praeteritae vitae correctionem et emendationem, inopiam nostram atque necessitatem humiliter declaramus dicentes cum Daniele: Omnia quae fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia

peccavimus tibi et iniquitatem fecimus, recessimus et declinavimus a mandatis tuis atque iudiciis, non obedivimus servis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus, principibus et patribus nostris omnique populo terrae. Sed quia humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio, avertatur (quaesumus) ira tua et furor tuus ab ecclesia tua et a populo coram te provoluto et humiliato.

Ut autem habeamus unde in religiosis et christianis nostris processionibus Deum glorificemus, eidem pro susceptis beneficijs gratias referamus et ab eodem impetrare possimus que nobis, Ordini nostro sacro Ecclesiaeque suae necessaria videbuntur, Reverendissimus noster Dominus IOANNES DE PRUETIS, totius nostri instituti summus ac Generalis moderator, pro ea quam semper habuit in cultu divino apud suos proseguendo solertia, hoc praesens Processionnale novis tipis mandari, illud a multis mendis (quibus autem scatebat) repurgari, et varijs sponsorijs et duobus officijs, nimirum divinae transfigurationis et Divi Patris Norberti, antesignani nostri, Hymnis etiam omnibus in Ordine nostro decantari solitis, Symbolo Nicaeno, Canticum Ambrosij et Augustini, ad normam et ritum ecclesiae Praemonstratensis, omnium nostrorum matricis, notatis, et alijs etiam rebus, supra praecedentia Processionalia locupletatum et valde adauctum in publicum produci curavit. Illud igitur vobis comparete, et dum illud prae manibus habetis eiusque usu in vestris Processionibus et alibi gaudere vobis contigerit : illius nolite oblivisci, cui acceptum tantum beneficium referre debetis, sed eum totumque gregem sibi commissum vestris orationibus apud Deum commendatissimum habetote.

Ex nostro Praemonstratensi collegio pridie Idus lunij Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto.

Publié dans le Processionnel de 1584, fol. I v^o - III r^o.

Epigramme en l'honneur du Général Jean Despruets

vers 12 juin 1584

Dans le Processionnel de 1584, frère Claude (Claude Laboureur ?) a dédié un épigramme à Despruets.

Cette petite poésie exprime assez bien les idées du Général pour ce qui concerne la revision des livres liturgiques dans l'esprit de l'ancienne tradition.

Fratris Claudij
ad Prudentissimum totius Norbertinae familiae
moderatozem Abbatemque
suum meritissimum

EPIGRAMMA

Cum supplex Christum blando sermone rogabat
 Pro natis mater regna superba suis :
 Nescitis, fratres, quid vos cum matre petatis,
 Aeterni verbi vox vehementer ait.
 Non omnes orare Deum potuere decenter,
 Defungi his sacris, est sapientiae opus.
 At tu cui magnum peperit sapientia nomen,
 Qui supplex Christum nocte dieque rogas,
 Qua ratione preces divinae, et vota regantur,
 Hoc usu assiduo doctus es, atque doces.
 Si non dat Christus, nisi quae ratione petuntur,
 Tuque doces debent qua ratione peti,
 Quas tibi nos grates, ô Maxime Doctor, agemus ?
 Si petimus sicut praecipis, accipimus.

Publié dans le Processionel de 1584, fol. iiii r^o.

François van Vlierden à Eméri Andries, curé de Meer

29 juin 1584

Après une carrière très fournie dans l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers, Eméri Andries était devenu curé à Meer-lez-Hoogstraten. A la suite de la guerre civile, il avait dû abandonner son presbytère campagnard. Il s'était réfugié à Breda. Il occupait ses loisirs en dirigeant, en guise de prévôt, la communauté de religieuses Norbertines établie à Breda. Autant que faire se pouvait, il administrait aussi les biens de son abbaye, situés dans cette contrée.

Vlierden, d'un ton de commandement un peu surprenant, le somme de se rendre aussitôt à Louvain pour venir rendre compte de sa double administration.

Notons que cette lettre ne fut pas expédiée. Dans la marge, on a placé la remarque : *Non sunt misse*.

Domine Pastor,

Precamur Vestre Fraternitati salutem et pacem in Domino.

Quia nobis autoritate Generalis Capituli et Reverendissimi Domini Premonstratensis hoc anno commissa est cura, visitatio et reformatio monasteriorum nostri Ordinis per Brabantiam et Frisiam, et intelligimus Vestram Fraternitatem cuidam monasterio monialium in Bredana civitate de facto preesse, et eandem quoque totius regiminis et administrationis vacantis ecclesie Sancti Michaelis habere claram notitiam : hortamur vos in Domino, et in virtute sancte obedientie tenore presentium precipimus quatenus, receptis his literis

nostris, sepositis omnibus excusationibus, prima opportunitate ad nos venias, de utriusque monasterij statu et regimine coram acturus.
Vale.

Celeri calamo ex Lovanio, ipso die Beatorum Apostolorum Petri et Pauli anno Domini 1584.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 48 v^o.

François van Vlierden au Conseiller Jacques del Rio

29 juin 1584

Vlierden regrette que le retard, apporté à Rome à la conclusion des pourparlers pour l'expédition de ses bulles, menace de troubler les rapports entre les personnes, chargées de la négocier.

Il lui recommande instamment la nomination d'un nouveau prélat pour l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. L'information préalable a été faite, voici longtemps, sous la présidence du nouvel évêque de Middelbourg, Jean Stryen, et du conseiller Batzon. Il faut de toute façon que la vacance du siège abbatial ne se prolonge pas plus longtemps.

Salutem plurimam, Domine Licenciate.

Non est quod existimet Paternitas Vestra me de eiusdem animi candore sinistri aliquid cogitare vel dubitare (sicuti postremis ad me datis literis significare videbatur), cum ego eidem eque in omnibus confidam atque mihi. Et dolerem certe si qua amicorum divisio occasione suscepti negotij et laboris inter nos emergeret, cum preter utriusque culpam sit exspectate expeditionis incerta mora.

Cuperem Paternitati Vestre commendatam abbacie S. Michaelis vacantis electionis causam, cuius suffragia per dominos commissarios, Reverendissimum scilicet Dominum Middelburgensam et dominum Batsonium, secundo ad aulam missa fuere et iam tertio, ut puto, mittentur, quo videlicet eiusdem monasterij et abbacie denominationem apud dominos de Consilio et Suam Celsitudinem velit sollicitare ; aut, si per Regiam Maiestatem monasterio abbas denominandus est, hoc agere ut quam citissime in Hispanias mittatur. Jam enim plus quam sesquianno vacavit abbatia cum magno tam bonorum temporalium quam fratrum in spiritualibus detrimento. Sunt enim complures religiosi per civitates Sue Maiestati subiectas dispersi, qui convocari possent et colligi si ipsis pater esset aliquis et abbas, cui ex animo libenter obtemperarent. Hoc scribo ex religionis et Ordinis nostri zelo et amore. De sumptibus nulla difficultas erit ; sed, signatura a Sua Maiestate vel Sua Celsitudine obtenta, omnes ex integro et liberaliter solventur, et insuper Prudentie Vestre hono-

rarium trium vel quatuor librarum numerandum promitto, ut sic duplicem consequatur Vestra Paternitas mercedem : hominis scilicet et ipsius Dei, cuius cause sese cooperatorem esse existimare debet, si commendatum tum a nobis negotium promoverit.

Deus Optimus Maximus Paternitatem Vestram diu servare incolumem dignetur.

Celeri calamo ex Lovanio, ipso festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli anno Domini 1584.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 48 v^o - 49 r^o.

Cette lettre ne fut pas expédiée. Dans la marge, on a noté : Non missa. Voir la lettre de F. Vlierden du 17 août 1584.

Arnould vander Heyden, candidat à la prélatrice d'Averbode

9 juillet 1584

Arnould van Leefdael, prélat d'Averbode, était décédé vers les derniers jours d'avril 1584. L'information préalable à la nomination d'un nouveau prélat fut tenue à Léau, du 3 au 10 juillet 1584. Elle fut présidée par les commissaires : François van Vlierden, prélat de Parc et le conseiller van Candriessche. Vingt-quatre religieux vinrent émettre leurs votes.

Jean Godefridi, prévôt du couvent de Keizerbosch, obtint 8 premières, 4 deuxième et 2 troisième voix. Le Prieur, Arnould vander Heyden obtint 6 premières, 2 deuxième voix. Le sous-Prieur, Jean Laureys, obtint 4 premières, 8 deuxième et 4 troisième voix. Henri Christiani de Bree, curé d'Opglabbeek, obtint 4 premières, 4 deuxième et 1 troisième voix. Enfin, Guillaume Henrici Jans, curé à Coursel, obtint 1 première et 1 troisième voix ; et François Verdoyenbraken, curé de Zutendaal, obtint une première voix. Ajoutons que le futur prélat Mathias Valentyns remporta une deuxième et trois troisième voix.

Dans leur rapport, dont le texte suit, Vlierden et Candriessche présentent la candidature de vander Heyden.

Monseigneur,

Suyvant l'ordonnance de Vostre Altesse en date du xxix de May dernier, avons appelé et fait venir devers nous en la ville de Leeuwe tous les religieux professes de l'abbaye d'Everbode au pays de la campagne en Brabant, et illecq et en quelques autres lieux voisins prins l'information sy entre eulx y en y a aucun idoine et bien qualiffyé pour estre pourveu de ladicte prelatrice, ayant sur ce entre autres oy xxij religieux vocaulx et receu a ces fins leurs voix,

oultre les voix de deux absens qui se sont excusez et ont envoye leurs voix par escript, et oultre aussy aultres deux religieulx qui se sont absentez.

Et trouvons que desdicts religieulx frere Jehan Godefridi de Corssel, prevost des religieuses de Keyserbosch au pays de Horne, entre Ruremonde et Venloo, eage de 52 ans, ayant deservy ladicte prevoste environ de xxij ans, ait huict voix premieres, quatre secondaires et deux tertiaires. Item frere Arnould vander Heyden de Balreberch, prieur, dudict monastere, eage de quarante cinq ans, ayant deservy ledict office dix ans, ait six voix premieres et deux secondaires. Et frere Jehan Laurentij de Miscom, suprieur illecq et curé de Hechtelt, eage de 35 ans, ayant deservy ledict office de suprieur cinq ans et aultres cinq ans ladicte cure, ait quatre voix premieres, huict secondaires et quatre terciaires, suyvant nostre verbal et extraict cy jointz ⁹⁷⁾.

Desquelz nous semble, a treshumble correction de Vostre Altesse, que ledict Prieur seroit le plus apparent, idoine et qualiffie à ladicte dignité pour la tenir selon les canons et saintctz decretz du Concil de Trente (pour estre de bonne vye, discipline, meurs, raisonnable doctrine et de bonne experience tant au temporel que spirituel, ayant bien gouverne ledict priorat tant sede vacante apres les deces de Messires Gilles Heyns et d'Arnoult de Leefdale, derniers Abbez ⁹⁸⁾ dudict monastere qu'aultrement ; duquel Leefdale il a aussi beaucoup endure et souffert pour ses vertuz et la conservation du bien de ladicte abbaye ; et que pardessus de ses voix procedent des plus sains) ; veu que trouvons par les informations dessoubz faicte, que ledict Prevost s'est retire pour les troubles dudict monastere de Keyserbossch sur la maison de Monsieur de Soer, gisant bien pres dudict monastere, combien que ledict seigneur est fort suspecté d'heresie ; et qu'oultre ce, ung peu devant ladicte election ou nomination faicte, ledict prevost auroit declaire aux aulcuns desdictz religieux qu'en cas luy parviendroit a ladicte prelatüre qu'il feroit separation des biens de ladicte abbaye des biens du couvent et qu'il rendroit audict couvent des biens pour en joyr comme devant la reformation en ladicte abbaye l'an 1572 introduicte par le chappitre general des prelatz de leur Ordre ⁹⁹⁾ ; ce que seroit contre ladicte reformation et contre le veulx de la pauvrete par lesdicts religieux en leur profession emise : de sorte que, combien

⁹⁷⁾ Les commissaires ajoutent en effet, sur feuillet séparé, un relevé des différentes voix.

⁹⁸⁾ Notez que Vlieden considère ici encore Arnould van Leefdael comme Abbé.

⁹⁹⁾ Voir mon article *L'Ordre de Prémontré et le Concile de Trente. Le Chapitre national néerlandais de 1572* publié dans *Analecta Praemonstratensia*, t. VI, 1930, pp. 74-101.

ledict prevost passe les deux aultres tant en eaige que es voix, nous n'oserions donner nostre advis pour luy.

Et quant audict Supprieur, il est bien vray qu'il est ung bon religieux d'une exemplaire vye, ensemble de bonne discipline et doctrine, ayant bien gouverne sesdicts offices et cure ; ains, veu qu'il est bien peu experiente au temporel et trop doulx et facile, il nous semble qu'il ne seroit souffisant pour bien gouverner les personnes et biens de ladicte abbaye. Le tout neantmoins remectant à la bonne discretion de Vostre Altesse. Et, en cas qu'icelle trouveroit convenir de nommer quelqu'ung aultre desdicts religieux que ung desdictz trois, il seroit requis de nous sur ce preallablement oyr pour les exceptions et reproches contre aucuns d'iceulx militans.

Quant à l'Ordre de ladicte abbaye, icelle est de l'Ordre des Premonstrez et l'eglise d'icelle at este fondee et consacree à saint Jehan Baptiste. Et touchant le nom et surnom du dernier abbe dudict monastere et les lettres de sa nomination, trouvons que ledict feu Messire Gilles Heyns at este le dernier legitime abbe qui at este pourveu de ladicte dignité par Sa Maieste en Espagne environ l'an mil cinq cent lxxv. Et luy estant decede environ l'an 74, ledict Leefdale est parvenu a ladicte Prelature par la faveur de Prince d'Oranges et par la provision des Estatz, ensemble mis en possession d'icelle par l'abbé de Saint Michiel en Anvers et le conseiller Heuvelmans le second jour de Janvyer 1578 ; n'ayant sceu ny peu recouvrer les lettres de leurs nominations ny copies d'icelles, nonobstant tous debvoirs a ce faictz. Et quant à l'estat de ladicte abbaye, trouvons qu'icelle est fort arrieree tant a cause des troubles que du mauvais gouvernement dudict Leefdael au spirituel et temporel, quy at divers biens d'icelle abbaye, sy bien immeubles que meubles aliené, de sorte que l'abbé futur trouvera de l'ouvraige.

A tant, Monseigneur, priérons le Createur d'octroyer a Vostre Altesse la victoire tant desiree contre les ennemis et rebelles de ses Maiestez tant divine que humaine, ensemble une bonne et longue vye en toute prosperite, apres nous avoir treshumblement recomande a la bonne grace d'icelle.

Fait ce neufisme de Juillet octante quatre.

De Vostre Altesse
les treshumbles et fort adonnez serviteurs,
Francois van Vlieden, abbé du Parc
W. van Candriessche.

Copie contemporaine.

Archives générales du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 911,
fol. 183-184.

François van Vlierden au Couvent de l'abbaye d'Averbode

13 juillet 1584

Arnould van Leeftael, prélat d'Averbode, était mort le 28 avril 1584. Par ordre du gouverneur-général, Vlierden fut chargé de faire l'information préalable à l'élection d'un nouveau prélat. Cette information fut tenue du 3 au 10 juillet 1584 ; Vlierden et le conseiller Guillaume van Candriessche la présidèrent. Jean Godefridi, prévôt du couvent des Norbertines de Keizerbosch, obtint 8 premières voix ; le Prieur, Arnould van der Heyden, en obtint 6 ; Jean Laureys, le sous-Prieur, en eut 4 ; Henri Christiani de Bree, curé d'Opglabbeek, en eut également 4 ; enfin, Guillaume Henrici Jans, curé de Coursel, en obtint une. Dans leur rapport du 9 juillet, Vlierden et Candriessche proposèrent au gouverneur-général de nommer Arnould van der Heyden.

Dès avant la mort du prélat van Leeftael, le couvent d'Averbode, exilé de son abbaye depuis 1578, résidait en partie à Oostham, en partie à Saint-Trond. Vlierden résolut de mettre fin à cette division : en attendant le moment de la paix, le couvent devrait se reformer dans les bâtiments du refuge d'Averbode à Diest. En sa qualité de Vicaire du Général, Vlierden prit également différentes dispositions, afin de sauvegarder la bonne marche des affaires jusqu'à la nomination d'un nouveau prélat. On prendra connaissance de ces mesures en lisant la pièce présente.

Du vivant de Leeftael, une certaine animosité s'était manifestée entre le groupe d'Oostham et celui de Saint-Trond. Ensuite, différents curés, chassés de leurs paroisses campagnardes, avaient vécu tant bien que mal dans l'une ou l'autre petite ville. Fort habile, Vlierden prit ses dispositions de telle façon que tous les groupes et tous les intérêts fussent représentés parmi les dirigeants. Il confia l'administration spirituelle au Prieur, van der Heyden, lequel avait été le chef de la maison à Saint-Trond. Il chargea deux religieux non-conventuels, les plus âgés notamment, Jean Godefridi prévôt de Keizerbosch et Guillaume Jans curé de Coursel, de l'administration des biens. Ils ne pourraient rien vendre ni rien décider d'important sans l'approbation préalable du Prieur et du religieux Herman Horst, lequel avait été le collaborateur le plus fidèle du prélat Leeftael à Oostham. Enfin, l'administration des biens, situés dans

la contrée de Saint-Trond, fut mise aux mains du curé de Cosen, Mathias Valentyns.

Dilectis filijs D. Priori et fratribus conventus Averbodiensis.

Ne vacante sede omnis disciplina monastica concidat vel communia bona malo aliquo regimine diffluant, nos, vigore commissionis a Reverendissimo Domino Praemonstratensi et Capitulo Generali date et acceptae, ordinamus et statuimus que sequuntur observanda.

In primis ut D. Prior ¹⁰⁰⁾ plenam habeat in spiritualibus potestatem, et eidem ut omnes ex equo obediant tanquam patri precipimus.

Administratores temporalium rerum constituimus duos primos seniores domus : Dominum Prepositum de Keyserbosch ¹⁰¹⁾ et fratrem Guilhelmum Henrici, pastorem in Corsel ¹⁰²⁾ ; qui tamen in venditionibus, emptionibus, elocationibus alicuius momenti semper utentur consilio D. Prioris et fratris Hermanni vander Horst pistrionarij ¹⁰³⁾ ; sine quorum consilio et consensu si quid egerint vel concluderint in negotijs alicuius ponderis irritum erit et cassum.

In virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis precipimus D. Priori, D. Preposito, fratri Guilhelmo Pastori in Corsel, administratoribus, et fratri Hermannno pistrionario, quatenus ante finem mensis sequentis Augusti provideant omnibus religiosis conventualibus et pastoribus non residentibus sed eisdem cohabitantibus de albo nostri Ordinis habitu ; et, si qui forte (quod Deus avertat) oblatum habitum reassumere diutius distulerint vel recusaverint, eos

¹⁰⁰⁾ Arnould van der Heyden, né à Bolderberg dans la ferme de l'abbaye d'Averbode, reçut l'habit à Averbode le 3 juin 1566. Il était âgé de 25 ans. Il fit sa profession le 3 octobre 1567 ; reçut le sous-diaconat le 20 décembre 1567, le diaconat le 23 septembre 1569. Il fut refectorarius et maître de l'infirmerie. Il fut nommé Prieur le 23 juin 1574. Il devint prélat, comme nous le verrons encore. *Gremium Averbodiense*, Arch. de l'abbaye d'Averbode, I, reg. 105, fol. 133 r^o.

¹⁰¹⁾ Jean Godefridi, né à Coursel en août 1531, fut vêtu à Averbode le 1 novembre 1551 ; il fut ordonné prêtre le 19 mai 1554. Il fut circateur, sous-prieur (30 novembre 1556), prieur (15 novembre 1558), curé à Tessenderloo (septembre 1560), prévôt à Keizerbosch (vers le 24 juin 1561). Il mourut le 11 juin 1608, après une maladie d'une demi-journée. *Ibid.*, fol. 119 r^o et v^o.

¹⁰²⁾ Guillaume Henrici Jans, né à Hapert, entra à Averbode à l'âge de 20 ans. Il reçut l'habit le 3 octobre 1557 et fut ordonné prêtre le 20 septembre 1561. Il fut successivement sous-chantre et chantre (30 novembre 1561), circateur (31 octobre 1563), pitantier (21 juillet 1564) et curé à Coursel (20 avril 1569). Il mourut le 13 novembre 1586. *Ibid.*, fol. 125 r^o.

¹⁰³⁾ Herman van Hattum, né à Horst, fut reçu à Averbode sur la recommandation de son oncle, le chanoine Horst de Cologne. Il avait 24 ans en recevant l'habit, le 26 octobre 1561. Il devint prêtre le 5 février 1567. Il devint successivement vinitor, chantre, pistrinarius (23 juin 1574), curé à Vorst (1579). Il mourut d'une attaque d'apoplexie, le 3 mai 1595. *Ibid.*, fol. 130 v^o.

ipso facto secundum jura excommunicatos denuntiamus et declaramus.

Omnis pecunia communis, sive ea fuerit D. Leefdael, sive conventus, item argentea omnia cum sigillis tam abbatis quam conventus et quidquid est alicuius pretij una cum inventario omnium mobilium occludentur in quadam cista firma, que quatuor seras habeat et claves distinctas, quarum unam retinebit Prior, secundam Prepositus, tertiam frater Henricus Pastor in Corsel, et quartam Hermannus pistrionarius.

Item, in virtute sancte obedientie precipimus D. Priori et duobus administratoribus, sepositis omnibus excusationibus, quatenus pro meliori observatione discipline monastice ac professe religionis post collectas segetes migrent una cum conventualibus et pastoribus non residentibus ad civitatem Distensem et ibidem conventualiter et regulariter secundum Regulam et Statutorum prescriptum vivant.

Et, quia per districtum sive territorium Trudonensem impleat hoc ipsum monasterium receptionem, ordinamus et statuimus ut receptoris vices suppleat D. Pastor in Cosen¹⁰⁴), commendans ut edes Trudonenses inhabitet, fideliter omnia recipiat et eroget, et totius dati et accepti reddat futuro Abbati rationem.

Item, quia familiarum diversitas ipsi communitati noxia est et dispendiosa, ordinamus et in virtute sancte obedientie precipimus ut iuxta prescripta et voluntatem D. Prioris et Prepositi, qui opportunum tempus statuet, solvatur ex toto familia in Oosham et omnes sese conferant ad edes Distenses.

Actum 13 Julij a. 1584.

Copie.

Arch. abbaye de Parc, VII, 47, fol. 31 r^o.

François van Vlierden à Emeri Andries, Curé à Meer

14 août 1584

Le 29 juin 1584, Vlierden projeta le texte d'une lettre, destinée à Emeri Andries. Il ne l'expédia pas. Il est fort intéressant de comparer le texte du 29 juin avec celui qui va suivre. La première lettre fut écrite sur un ton de commandement. La seconde est franchement méchante. Depuis le 29 juin, Vlierden avait recueilli, et à profusion, des renseignements sur la conduite d'Andries. Ces renseignements venaient de Denis Feyten et de Jean Stryen, évêque

¹⁰⁴) Mathias Valentyns, né à Coursel, fut reçu à Averbode le 1 janvier 1574. Il devint prêtre le 20 mai 1578. Le prélat Leefdael le nomma curé à Cosen en 1584. En 1586, il devint curé à Brusthem. Après la mort de van der Heyden, il devint prélat et mourut le 12 mars 1635. *Ibid.*, fol. 138 r^o.

de Middelbourg : ceux-là précisément qui avaient arrangé le simulacre d'élection et la nomination d'un administrateur des biens de l'abbaye de Saint-Michel. Comme on le sait, Feyten était devenu cet administrateur.

Le malentendu se compliquera encore du fait que Feyten allait être patronné par Vlierden et Andries par le prélat Luc. Celui-ci s'obstinait en effet à vouloir exercer son Vicariat vis-à-vis de l'abbaye de Saint-Michel. Dans cette abbaye, malencontreusement divisée en deux groupes hostiles, dont Andries et Feyten vont être les chefs, nous allons assister à une compétition regrettable entre deux Vicaires du Général.

La présente lettre de Vlierden — lettre malheureuse et blessante — va immédiatement envenimer le multiple désaccord.

Emmerico Andree.

Salutem et pacem sanctam in Christo precamur Vestre Fraternitati, dilecte frater.

Quia nobis ex commissione Reverendissimi Domini Premonstratensis ac Generalis Capituli incumbit visitatio ac reformatio monasteriorum Ordinis eiusdem per Brabantiam et Frisiam, et plenitudinem vicariatus Reverendissimi Domini Premonstratensis in omnibus accepimus (sicuti ex adiuncta commissionis nostre authentica copia Vestra Fraternitas cognoscere potest); et intelligamus eandem Vestram Fraternitatem contra Sue Celsitudinis claram voluntatem et ipsius quoque Reverendissimi Domini Floreffensis aptam ordinationem¹⁰⁵⁾, vigore cuiusdam forte subreptitie commissionis impetrata a Reverendissimo Domino Bone Spei, in magnum abbatis S. Michaelis dispendium et temporalium rerum damnum et eiusdem abbacie certissimam ruinam et cum multorum quoque offensione et scandalo de facto perturbare administrationem Domini Dionisij Feyten, qui hactenus in sua administratione extitit pacificus et quietus : Nos, de plenitudine accepte potestatis, mandamus ac in virtute sancte obediencie sub pena excommunicationis precipimus Vestre Fraternitati quatenus illa, post harum literarum receptionem, illico desistat ab omni administratione, Dominum Dionisium verum et legitimum administratorem agnoscat ac eidem tradat quidquid bonorum vel pecunie a colonis vel reddituarij acceperit.

Et preterea, quia ex fide dignis intelligimus eundem Dionisium a Vestra Fraternitate diffamatum in Aula de incontinentia, idque

¹⁰⁵⁾ Dans cette lettre et plusieurs lettres ultérieures, Vlierden affirme que Feyten a été confirmé dans sa fonction d'administrateur par le prélat Daischelet de Floreffe, le Vicaire du Général de l'époque. Nous n'avons pas retrouvé l'acte de cette approbation. Voir mon étude *De Sint-Michielsabdij te Antwerpen vanaf 1564*, publié dans *Analecta Praemonstratensia*, t. III, 1927, p. 149.

mendaciter et falso, precipimus vobis in virtute sancte obedientie quatenus eiusdem famam restituas integram, alioquin contra Vestram Fraternitatem secundum Statutorum nostrorum prescripta procedemus.

Et tertio quoque intelleximus a Reverendissimo Domino Middelburgensi Vestram Fraternitatem preese cuidam monasterio monialium nostri Ordinis in Breda, et contra sacri Concilij Tridentini et Statutorum nostrorum decreta permittere ad supradictum monasterium liberum viris ingressum et eisdem monialibus libertatem valde noxiam, et te quoque subintroisse vel successisse in locum cuiusdam sacerdotis confessoris earumdem ¹⁰⁶⁾ monialium, qui eas in timore Domini et religiosa regula ac Statutorum observantia continebat : nos, de vestra et supradictarum monialium salute solliciti, ordinamus vobis et precipimus ut vite et conversationis tue et totius regiminis illius monasterij accipias et exposcas a fide dignis testimonia, quo sic certior et securior de omnibus esse possim.

Deus Optimus Maximus concedat Vestre Fraternitati spiritum cogitandi que recta sunt et agendi, ut in omnibus eum diligas et nullis tentationibus ab eo separeris.

Celeri calamo ex Lovanio, anno Domini 1584 14 Augusti.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 49 r^o - 50 r^o.

Le Président Pamele à un Conseiller d'Etat (Richardot ?)

16 août 1584

La présente lettre, écrite par le Président Pamele à un Conseiller d'Etat, probablement à Richardot, traite de la nomination abbatiale aux abbayes d'Averbode et de Berghues-saint-Winnocq. Nous ne publions pas la dernière partie de la lettre, comme ne traitant nullement d'une abbaye prémontrée et ne concernant point le domaine du vicariat de François Vlierden.

Pamele se rallie à l'avis des commissaires Vlierden et Candriessche : il faut nommer van der Heyden, bien que Godefridi ait remporté des voix plus nombreuses.

Morillon, l'évêque de Tournai, a proposé de ne pas nommer un prélat, mais un administrateur seulement. Pamele n'est pas de cet avis.

Notons que Pamele, comme tous les attachés de l'administration centrale, commence à traiter le prélat Leefdael d'intrus.

¹⁰⁶⁾ Ms.: eiusdem.

Monsieur mon bon Confrere,

J'ay receu apres celles que vous ay envoye par les mains de mon frere, vos dernieres avecq l'information pour l'abbaye de Everbode. Et, soubz correction, me semble que, combien que le Prevost de Keyserbosch ayt plus de voix, les raisons ayans meu les commissaaires d'incliner plustost a frere Arnoult vander Heyden sont pregnantes ; y joint que ayant l'autre xxij ans este absent du monastere et accoustume de vivre comme pater des religieuses, il n'a cognoissance de religieux et m'en sembleroit n'estre sy propre pour le gouvernement et discipline des religieux. Estant aussy ledict vander Heyden ja experimente par l'administration qu'il a eu per trois ou quatre ans sede vacante entre Damp Gille Heyns¹⁰⁷⁾ et l'intrus Leefdale. Remectant neantmoins le tout a Vostre bonne discretion et la resolution qu'il plaira a Son Alteze d'en prendre ; vous renvoyant ladicte information.

Monsieur de Tournay m'avoit dict qu'il eust trouve meilleur de ne pourveoir encore a la prelatrice, mais s'y ordonner ung administrateur pour redresser les biens de la maison fort endommagez par le mauvais regime dudict Leefdale ; ains me semble que y estant sy grand nombre de religieux, ung abbe y est bien necessaire, ayans les ames plus a faire de bonne conduite que les biens.

... (concernnt Berghues-saint-Winnocq)

Monsieur mon bon Confrere, me recommandant a vostre bonne grace, je prie Dieu Vous garder en sa faveur.

De Tournay, ce xvje d'Augst 1584.

Vostre bon confrere, ami et serviteur,
Guillaume de Pamele.

Minute originale, écrite par Pamele lui-même.

Arch. Gén. du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 911, fol. 185 r^o.

François van Vlierden à Jacques del Rio

17 août 1584

Vlierden reprend textuellement son projet de lettre à del Rio, daté du 29 juin.

Il y ajoute un pressant appel en faveur de Denis Feyten, administrateur des biens de Saint-Michel d'Anvers, lequel est fort gêné par la conduite de son confrère, Emeri Andries.

¹⁰⁷⁾ Gilles Heyns, prélat d'Averbode, mourut en 1574. Jusqu'à la nomination de Leefdael en 1577, vander Heyden a eu en effet l'administration de l'abbaye. Pour ce qui concerne l'administration des biens, il fut pourtant aidé efficacement par le cellérier,

Del Rio.

Salutem plurimam, Domine Licentiate.

Non est quod existimet Paternitas Vestra me de eiusdem animi candore sinistri aliquid cogitare vel dubitare, sicuti postremis ad me datis literis significare videbatur, cum ego eidem eque in omnibus confidam atque mihi. Et dolerem certe si qua animorum divisio occasione suscepti negotij aut laboris emergeret, cum preter utriusque culpam sit exspectate expeditionis iniecta mora.

Cuperem Prudentie Vestre commendatam Abbatie S. Michaelis vacantis electionis causam, cuius suffragia per Dominos commissarios, Reverendissimum scilicet Dominum Middelburgensem et Dominum Batzonium, secundo ad Aulam missa fuere et iam tertio missa sunt; quo videlicet et eiusdem monasterij et abbatie provisionem apud Dominos de Consilio et Suam Celsitudinem velit sollicitare; aut, si per Regiam Maiestatem necessario Abbas denominandus est (quod tamen futurum non puto propter eiusdem monasterij extremam paupertatem), hec agere ut quam citissime in Hispanias mittatur. Jam enim plus quam sesquianno vacavit abbatia, cum magno tam bonorum temporalium quam ipsorum fratrum in spiritualibus detrimentum. Nam sunt complures religiosi per civitates Sue Maiestati subiectas dispersi, qui convocari et colligi possent si ipsis pastor esset aliquis et abbas, cui ex animo libenter obtemperarent. De sumptibus nulla difficultas erit, sed signatura Sue Maiestatis vel Celsitudinis obtenta, omnes ex integro liberaliter solventur, et insuper Prudentie Vestre honorarium trium vel quatuor librarum numerandum promitto: ut sic illa duplicem consequatur mercedem, hominis scilicet et ipsius Dei, cuius cause sese Prudentia Vestra cooperatorem esse existimare debet, si commendatum a nobis negotium promoverit.

Intelleximus religiosum eiusdem monasterij Sancti Michaelis, Emericum Andree dictum, Dominum Prepositum in Zutendaël Dionysium a Feyten, eiusdem monasterij per Regiam Maiestatem constitutum administratorem, insimulasse et accusasse apud complures aulicos de incontinentia et malo regimine domus. Verum, quia ea informatio falsissima est (ut facile testabitur Reverendissimus Dominus Middelburgensis) et ipse accusator ambitionis labore spiritus usque adeo ut ceterorum suorum confratrum animos sibi conciliare conetur muneribus et promissis, cupio et rogo ut nomen et honorem eiusdem prefati Dionysij apud omnes tuearis et defendas nostrisque scriptis nixus innocentie prestes patrocinium.

Deus Optimus Maximus Vestram Prudentiam diu servare incolumem dignetur.

Celeri calamo ex Lovanio 17 Augusti anno 1584.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 50 r^o et v^o.

(*A suivre*).